

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Piores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

4. De consuetudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

66 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

ceptio, quod causa continentia non debeat diuidi, impedit litis ingressum, & processum ad ultorius, ex Affl. decif. 3.4.n.6. Crat. conf. 8.18.n.2. Mynting. cent. 2. obseru. 97. Nam causa continentia diuidi non debet, ut per Boet. decif. 6.9.n.2.4. & 2.5. Dec. resp. 97.n.fin. vol. 2. Menoch. de arbit. cau. 3.71.n.2. cum seqq. & conf. 30.n.1. Viu. Neap. decif. 1.36.n.1. Bernard. Graue. ad præf. Cam. Imper. lib. 1. concil. 3.2. & 3.3. Card. Tusch. tom. 2. lit. C. concil. 97.6. Alex. Trentacinq. var. lib. 2. tit. de ind. resol. 3. a n. 1. 7. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 3. c. 3. n. 1.3. Cittatus ad unam causam, an super aliam eodem termino responderet sit obnoxius, vide Affl. in c. 1. n. 3.4. de militi vassallo, qui contumax est, lib. 2. fol. 8. Dec. in c. cum parati, n. 8. de appell. Iaf. in l. 1. §. 5. ff. si quis caus. Guid. q. 2.79. Azin. in praxi, §. 7. c. 5. limit. 90. n. 9. Verall. dec. 107. n. 2. p. 1. & decif. 1.3. n. 2. p. 1. Perez l. 1. ver. quarto 9. tit. 2. lib. 3. ord. Bernard. Graue. ad præf. Cam. Imper. lib. 1. concil. 5.1. confid. 1. Tiraq. de terrat. lig. §. 35. glo. 4. n. 8. Camil. Borrell. in summa omnium decif. tit. 4.4. de cit. num. 5.48. & seq.


8. Literarum commode caret.] Notatur ad hoc quod priuilegium mereatur amittere, qui permisit sibi abutitur potestate, ut per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 56. n. 1. Card. Tusch. tom. 6. lit. ... concil. 7.54. Soar. de legibus, lib. 8. c. 3.6. & dicam latius ad c. tuarum, 11. infra de priuile.

9. Expensis.] Notatur ad hoc quod qui non est index virtute rescripti condemnat in expensis, ut per Maran. de ordine ind. p. 4. d. 8. n. 2.

10. In gloss. fin. ibi, dummodo petitorum fuerit.] Notatur ad hoc quod index tenetur condemnare viatum viatori in expensis si petitora fuerint, ut per Hypoll. in l. 1. vnu. §. cognitum, n. 4. & seq. ff. de quæst. & in rubr. de fidei inff. n. 144. & seq. Con. præf. c. 27. n. 5. Maranta de ordine ind. p. 6. tit. de libelli oblat. n. 12. Mynting. cent. 2. obseru. 2.2. Villalobos tom. 1. commun. opin. lib. 3. titul. 1. num. 9.5. pag. 365. vbi Soar. num. 260. pag. 378. & ibi Viuian. lib. 4. titul. 1. num. 95. vers. hocque intellegitur, Perez l. 1. titul. 1.5. lib. 3. ordin. pag. 735. Seraphin. de priuilegiis iuramenti priuilegi. 1.3. numero 37. D. Barbosa in l. eam qui temerè, numero 174. cum sequentibus, ff. de indic. Amat. Roder. in præf. de formis, & modo faciendi, sive examinandi processum, c. 5. n. 3.4.

11. Virtute tamen clausulae, ius & iustitiae ministrari, potest index condemnare victimum in expensis parte non petente, Guid. Papæ decif. 4.8.3. quem refert Aloys. Ric. in coll. decif. p. 4. coll. 10.2.9. vers. insertur quinto, Viu. tom. 1. comm. opin. lib. 3. tit. 1.95. vers. & eam pag. 365. Bernard. Graue. ad præf. Cam. Imper. lib. 1. concil. 6.5. confid. 1.4. Si

12. verò index omisicit condemnationem expensarum, cau. quo teneretur r. cum in illis condemnare, non videtur eum ab illis absoluere, Con. præf. c. 2.5. n. 6. ad med. Azeu. l. 1. tit. 2.2. lib. 4. noua recop. n. 22. quicquid contrarium velint Bald. per text. ibi in l. terminatio. C. de fructibus & litium expen. laf. in l. properandum. §. fin. autem alterutra, n. 7. C. de ind. Azin. in praxi, §. 2. n. 2. Menoch. de præf. lib. 2. præf. 8.9. Vnde potest index, à quo grauamen fuit interpositum, in expensis condemnare quando index ad quem, & condamnationem omisit, Philip. Franc. in e. si appellator, vers. queritur, & in e. cum appellacionibus, in fine, de appell. lib. 6. Con. d. c. 1.5. num. 6. ad med. Guid. Papæ decif. 4.16. num. 6.2. Roland. conf. 6.2. vol. 4.



De Consuetudine.

TIT. IV.

S V M M A R I V M.

1. Doctores referuntur super banc rubr. scribentes.
2. Consuetudinis materiam quæ Doctores tractent, citantur.
3. Consuetudo est ius quoddam moribus introductum quod pro lege suscipitur.
4. Mos, usus, stylus, & obseruantia, in quo differant, ostenduntur.
5. Consuetudini precedere debent duo actus, vel unus, habens tantum causam successivam.
6. Consuetudo una dicuntur præter ius, alia contra ius applicantur.
7. Consuetudo præter ius per decem annorum spatum introducitur, non sic illa quæ contra ius est.
8. Consuetudo alia contra ius diuinitur, alia vero contra ius humanum.
9. Consuetudo contra ius diuinum, sive positivum sit, sive naturale, nequaquam valet, nec introduci potest.
10. Consuetudo contra ius humanum admittitur & valet dummodo rationabilis, & legitime præscripta.

V P R Hanc rubr. scripserunt Zabar. Bel. lam. Io. Andr. Innoc. Imola. Anania. Panor. Dec. Barbat. Bar. Mant. Guid. Papæ. Sahagun. Bernard. Compost. in breviario sanctorum Canon. Petri. de Rauenna in compend. iuris Canonici Stephan. Ranchin. in continuat. tit. Decretal. Martin. Mefnare. in epitom. Decret. fol. 6. Pet. Alphonse. de Vafconcell. in harmonia rubric. Daniel Venator. in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 30. Goffred. & Hoff. in summ. huius tit. Alex. Caffan. & Anastas. Germ. in paratit. ad quinque libros Decret. Bart. Carthag. in exposit. tit. iuri. Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decret. omnes sub hac rubr. & Andr. Vallenfis.

De hoc tit. peculiares ediderunt tractatus Roch. 2. Curt. Albert. Brun. & Pet. Rauen. 10.3. træt. D.D. fol. 8.1. Et de consuetudini iure agit Ant. Pyagius. Et de vñs, & de consuetudine Salzar. Item de consuetudine multa scripserunt Michael. Gral. Soar. & alij toni. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 1.7. n. 299. cum seqq. Con. com. iuri. lib. 1. c. 10. Mafcard. de probat. concil. 4.2.3. cum seqq. Sayr. in clavi Regia. lib. 3. c. 1. Card. Tusch. lit. C. concil. 7.2.2. cum seqq. Carrafa. in explic. ad aliquas leges noua recop. c. 8. de consuetudinis validis, vel non.

Conseruadine.] Consuetudo nihil aliud est quam ius 3. quoddam moribus introductum, quod pro lege suscipitur, ut probat text. in cap. consuetudo. 1. dist. & tradunt Bart. Iaf. & alij in l. de quibus, ff. de legib. S. Anton. part. 1. tit. 16. cap. vñc. §. 1. & 2. Sot. lib. 1. de iustit. quæst. 7. art. 2. Roch. in hac rubr. n. 10. & Dec. n. 3. Mench. vñfreg. c. 3. ex n. 3. Loco generis dicitur ius prout significat regulam iusti ex text. in cap. ius generale, ibi, ius autem est dictum, quia iustum est, 1. dist. Adiicitur, moribus introductum, quia mores hominum compoununt consuetudinem, & illam efficiunt, & ita respetu eiusdem consuetudinis mos habet se per modum causæ ad causatum, sicut adiutant citari Doctores. Iuxta quæ licet mos, usus, stylus, & obseruantia, aliquando pro eodem usurpentur, nihilominus tamen inter

inter se maxime differunt, siquidem mos propriè sumptus consuetudo est imperfectus, ex text. *sic alias intelligendo, in c. mos 1. diff.* idemque in vnu dicendum est, qui quidem propriè importat aetius illos populi informes, ex quibus consuetudo efficitur, iuxta resoluta per Dec. in hac rub. num. 2. Stylus vero nihil aliud est, quam praxis Curiae recepta, seu confirmata, ut tradunt Bald. in l. fin. C. que sit longa consuet. Felin. in c. de rescript. n. 16. Roch. in c. fin. infra hoc tit. n. 25. Ludou. Gom. in proœm. regn. q. 1. C. ass. dec. 7. de rescript. Cabed. Lusit. decif. 2. n. 1. p. 1. Obscurantia denique licet pro consuetudine accipiatur, iuxta text. in l. 1. C. que sit longa cons. propriè tamen respicit factum, & concernit vsum aliquiu*m* iudicij, vel tribunalis, v. luti in c. fin. de feria, & in l. Prost. ff. illo tit. in quibus f. ria incipiunt iuxta obscurantiam illius iudicij, cum nullum certum tempus requiratur in illis iuribus.

5 Hæc autem consuetudo, cui præcedere debent duo actus, vel vnu habens tantum causam successiūam, ex Palat. in repet. c. vñfras, de donat. inter virum, notab. 3. n. 3. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. ex n. 2. & 24. Gam. Lusit. decif. 193. n. 5. Cabed. etiam Lusit decif. 121. n. 3. p. 1. du-
6 pliciter consideratur, altera namque dicitur præterius, de qua agit text. in l. de quibus; 2. in princ. & in l. diuina, cum seq. ff. de legibus. Alia vero contra ius appellatur, de qua agit text. in d. l. de quibus, in fines, & in l. 2. C. que sit longa cons. meminit huius diuisionis gloss. verbo legitime, in cap. fin. hoc tit. & verbo statuimus in cap. ut litigantes, de offic. ordin. lib. 6. resoluunt Do-
7 ctores in fratre referendi. Inter utramque illud est discrimen quod prior per decem annos spatiū finitū, & illud tempus ad eam introducendam sufficit, non sic dicendum de secunda, gloss. d. verbo legitime, & d. verbo statuimus, & verbo consuetudo in cap. fin. hoc tit. in 6. Abb. qui dicit receptam sententiam in d. cap. fin. n. 11. afflēs nullam dari differentiam inter ius civile, & Canonicum, idem dicit Felin. in cap. statuimus num. 1. de maior. Iaf. in d. l. de quibus num. 43. Secundum quos tempus immemoriale non aliter requiritur quam si consuetudo veretur circa illa, que in signum superioritatis Principi debentur, iuxta reg. text. in cap. super quibusam, de verbis significat. tradit Bart. in d. l. de quibus num. 45. & Abb. d. num. 11. in quacumque vero consuetudine ex supradictis modis considerata neque bona fides necessaria est, neque ad illam introducendam titulus desideratur, ut adhuc Iaf. ubi supra num. 49. Abb. in d. cap. fin. num. 20. quicquid contrarium teneat gloss. verbo canonica in c. non est, hoc tit. in 6. siquidem communiter reprobatur, ut per Domin. ibid. n. 3.

8 Alia est consuetudo contra ius diuinum, alia ve-
9 ro contra ius humanum introducitur, meminit hu-
ius diuisionis text. in cap. fin. de consuetudin. Inter
vtramque illa consideratur differentia, quod prior nequaquam valere, neque introducere potest, siue ius diuinum positum sit, siue naturale consideretur: constat namque tale ius immutabile esse, sicut im-
mutabilis est auctor illius, ext. in cap. 1. ibi, incom-
mutabilis, de som. Trin. Accedit, quia consuetudo ex eo habet vim derogandi legibus, quia ipsarum con-
ditores insti de causis contentientes eidem consue-
tudini deferrunt, quasi consensu deficiente potestas
consuetudinis deficiat, ac subinde cum auctor legis diuina
nunquam talis ius derogandi respectu sua legi-
tribuisset, quinimo contrarium appetat ex illo Luce 21. Colun. & terra transibunt, &c. utique videatur
dicendum nullam posse introduci consuetudinem
contra ius diuinum obligans, siue positum, siue na-
turale. Non sic dicendum est de posteriori consuetu-
dine, talis enim contra legem humanam admittitur,

& valet, dummodo rationabilis, & legitimè præscrip-
ta, siue illa ordinetur ad inducendam legem nouam,
sive ad interpretandam legem dubiam, sive ad abro-
gandam legem antiquam. Probatur ratione, etenim
cum leges generaliter constituantur, & vti tales non
possint semper variis locis, temporibus, ac personis
conuenire, recte fit ut prudenter à legislatoribus fue-
rit concessum, vt si quis populus à lege sibi non
conueniente dissentire, & illud contraria consuetu-
dine induceretur, eadem vinceret, & abrogaret tam-
en legem.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo, qua Ecclesiis grauis est, auctoritate, off. io indicis tolli debet, & n. 2.
- 3 Consuetudo, qua inducunt fuerit emphyteutam Eccle-
siæ non cadere emphyteusi etiam si ultra triennium
pensionem soluere omisserit, valida est.
- 4 Declaratur text. in presenti.

C A P. Consuetudines. I. Greg.

C onfuetudo, inferens gravamen Ecclesiis, nini-
rum, quia ei est incommode, vel oneri, vel dam-
no, debet auctoritate, & officio indicis tolli. Colligint ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Barbat. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Anchæ. Innoc. Panorm. Bald. Dec. Butr. Henric. Mantua. Guid. Papæ, Compost. Vinian. in rationali primi libri iuris Pontifici pag 8. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 31. remis-
siuè Casal. in annot. & Ximen. in concord p. 1. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 3. cap. 1. de-
sumptus est ex D. Greg. lib. 1. epist. 6. 4. ad Elicem Episco-
pum Messanensem.

Hanc equidem conclus. ex hoc text. desumunt Camil. Borrel. in summa omnium decisi, titul. 14. num. 4. 3. Azor. inst. moral. part. 1. lib. 5. cap. 19. in princ. vers. con-
siderudo que Ecclesiis, ubi adiurit processu temporis
huiusmodi consuetudinem posse in præscriptionem
venire; unde etiam colligit Valasc. de partit. c. 3. n. 1. 1. consuetudinem immemorialem Ecclesiæ onerosam
valere. Quia etiam pœna commissi odiosa, rigorē-
que habet à quo & quifissim fugitur, ideo consuetu-
dinem, qua inducunt fuerit emphyteutam Ecclesiæ
non cadere emphyteusi, etiam si luere pensionem
biennio, aut triennio omisserit, validam existimat.
Abb. Dec. Roch. & Ruin. quos refert, & sequitur
Cor. var. lib. 3. cap. 7. num. 1. in fine. Vide dicta ad cap. 8. de
re iudic.

Verum contra illud quod principaliter ex text. colligunt Doctores, videlicet consuetudines Ecclesiæ onerosas non valere, obstat quod consuetudo, quod decimas personales, & aliquando prædiales, pri-
mitias, & oblationes, vel quæ in simplicibus benefi-
ciis residendi necessitatem tollit, Ecclesiæ onerosa
est, & tamen passim iure & praxi admittitur, sicut
etiam valet illa, de qua in cap. relatum 12. vers. licet, de
testamentis quæ tamen onerosa est. Accedit quod text.
dic. verb. remittere, videatur supponere huiusmodi con-
suetudines valere quoque Pontifice remittantur,
priuatio enim supponit habitum. Et denique quia si
aduersa ad origine huius text. apud D. Greg. lib. 1.
Epist. 6. 4. docet ex honestate decere ipsum Ponti-
fici sui co-fideatione, id est, suo respectu, Ecclesiæ
onerosas consuetudines remittere, id est, graiam fac-
cere, vel illis remittantur, argum. 1. quidam 6. in princ.
vers. nemo, ff. de administr. tit. & ita agit. D. Gregor. de

F 4 remissio

68 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

remissione illatum consuetudinum, quae Ecclesiæ grauante absque illa fusta causa publica vtilitatis, & subditorum, cuimodo erat consuetudo mittendæ xenia ad Romanum Pontificem quæ Gregorius, *eo in loco*, quæ tamen licet Ecclesiæ onerosa, approbatur illuc quatenus respicit clericos, quibus xenia ex consuetudine mittebantur, unde ex mente D. Gregorii, *vbi supra*, & Gregorii IX. textum huiusmodi in initio huius tituli collocantis, dici potest non esse indulgendum, quinquo obuiandum consuetudinibus, quas constat directè & principaliter induci in grauamen Ecclesiæ, ut satis colligitur ex text. ibi, *inducere non cunctur*, quæ verba propriæ de inductione directè principaliter & nota intelligi debent: sic sanè non agit is text. de consuetudine, quæ ex iusta aliqua causa directè & principaliter inducitur in bonum commune, quamvis secundariè & in consequentiæ inferatur grauamen Ecclesiæ. Accedit quodammodo propriè & simpliciter loquendo, grauamen magis refertur ad iustum, quam ad iustum, quia iuste faciens non dicitur grauare, *cap. pastoralis, in fine principij de appellata*. Iuratur quodammodo consuetudo grauamen inferens, vel grauona Ecclesiæ illa tantum dici debet, quia principaliter grauata, & per contrarium favorabilis, quia principaliter facit bono publico, licet in consequentiæ grauauit, argumento text. vbi notat orationes, *in l. qui exceptionem, ff. de conditione indebuit, resoluti Tiraq. de retrauctu, tit. 1. §. 30. gloss. 5. à num. 5. Molin. de primogenitis lib. 1. c. 18. à n. 2.*

S V M M A R I U M .

1. *Consuetudine potest introduci actus, siue solennitas per quam sine apprehensione reali transferatur possessio rei absentis.*
2. *Possessio vera, & propria absque actu aliquo corporeo ex legis, seu principis potestate dari potest.*
3. *Possessio ut in heredem transeat sine corporali apprehensione, lege, vel consuetudine introduci potest.*
4. *Maioratus possessio, ut absque illo actu apprehensionis in successorem transferatur, lege, vel consuetudine introduci potest.*
5. *Possessoria remedia tam retinenda, quam recuperanda competunt illis, in quos possessio legis ministerio transferitur.*
6. *Remedio adipiscenda possessoris, & interdicto, quorum bonorum, agere possunt illi, in quos possessio legis ministerio transferitur.*
7. *Insestitura an transferat possessoriem, remissione.*
8. *Possessio vera, & propria in constitutarium transferatur per clausulam constituti.*

C A P . Ex literis. II.

I N N O C . III .

1. *Consuetudo per quam Ecclesia, vel locus Religiosus acquirit dominium, & possessoriem rei sine solemnitate legali, valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innocent. Panorm. Bald. Buttr. Henric. Mantua, Compostel. Guid. Papæ, Vivian. in rationalis primi libri iuris Pontificij, pag. 82. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 31. remissione Casal. in amot. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 3. cap. 1.*

Collige ex text. quodammodo ex legis, seu Principis potestate potest dari vera & propria possessori absque actu aliquo corporeo, seu vera, aut interpretativa detentio, ad cuius conclusionis probationem adducitur etiam text. *in cap. contingit, infra de dolo*, vbi missus in possessionem ex primo decreto clauso anno statim ex legi imperio verus constituitur possessor. Adducitur etiam text. *in l. quod meo 3. in princ. ff. de acquir. poss.* vbi possessor transferatur per solam clausulam constituti: sicut per refutationem vñusfructus in *l. quisquis, C. de donat.* & in Monasterium per professionem Monachii, *aut ingressi. C. de sacrof. Eccles.* Quibus & aliis fundamentis ita constanter refolum Arecin. *in l. quod meo, num. 18. ff. de acquir. poss.* Socin. Barbat. Ripa, & plures quos sequitur Tiraq. *le mort.* p. 5. declar. à num. 4. Rebuff. *ad leges Gallie, tom. 3. tit. de materia possessorum in prefat. à n. 8.* Perfonal. *in tract. quorum bonorum, num. 5. 32.* Gomez 1. 45 Tauri, n. 111. Cou. *in reg. possessor. p. 2. §. 1. n. 5.* & lib. 3. variar. c. 5. n. 6. & post alios communem profitetur Molina de primog. lib. 3. c. 11. à num. 19. tuetur latè Matiens. *ad l. 8. tit. 7. gloss. 2. n. 13. lib. 5. noua recop. Mench. tom. 3. ad l. si quando, in princ. num. 19. Molina de iustit. tom. 1. disp. 6. 36. num. 2. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 14. num. 129. Peregrin. lib. 4. variar. num. 48. in fin. Gard. Mantica de tacitis & amb. connect. lib. 12. tit. 20. n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 3. praem. num. 87. Anton. Fab. aduersus errores pragmaticorum, decade 75. errore 1. ad med.**

Ex quibus infertur lege, vel consuetudine introduci posse ut possessor in heredem translatum sine corporali apprehensione, ut in Regno Francie constitutum est, de quo Tiraq. *le mort.* p. 1. declar. 6. & 7. Bellon. lib. 4. *supp. cap. 1.* Mench. *de success. resolut. lib. 3. ad l. si quando a n. 30. & 33. C. de iustit. testam.* Infertur etiam lege, vel consuetudine posse introduci ut possessor maioratus absque illo actu naturali apprehensionis in successorem transferatur, de qua consuetudine agit. 1. 45. Tauri, quæ est hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. noua recop. vbi latè Azeued. & Matiens. prof. quantus, & ante eos Palat. Gom. Cal. ill. Anend. & reliqui omnes, qui ad l. 1. 45. scripserunt Cou. lib. 3. var. c. 5. n. 6. plenè Molina de primog. lib. 3. c. 12. Mench. ill. affr. c. 57. n. 19. cum segg. Castil. quod id an lib. 1. c. 9. n. 17. Molina de iustit. tom. 3. disp. 6. 36. bene notans in fine post Costam contrarium observandum in nostra Lusitania, in qua successores maioratus non aliter possessor resunt, quam si prius possessorum corporaliter apprehendant. Sic etiam possessor in heredem transire potest sine corporali apprehensione stante statuto de continuanda possessione defuncti in heredem, ut per Anton. Gabr. *communit. de acquir. poss. concil. 8. n. 1.* Tiraq. *in tract. le mort.* p. 5. declar. 1. Molin. *de primog. lib. 3. c. 12 ex num. 19.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. ex n. 17.* & fuit dictum in Romana officij coram Scoto apud Marchesan. *de commissionibus, p. 1. pag. 137. & in Siguina bonorum 12. Iunij 1615. coram bona memoria Andrea.* & in Romana donationis de caprana 26. Iunij 1628. coram R. P. D. Duran.

Prædictis igitur, in quos possessor legis ministerio transferatur, remedia possessoria tam reuinenda, quam recuperanda competere verior & receptior tenet resolutio, & in praxi recepta, ex Bald. quem post Soc. sequitur Ripa in rub. *de causa possessorum.* & prop. num. 24. & expressius idem Ripa in l. 1. §. hoc interdictum, n. 14. ff. quorum bonorum, ex quibus & multis aliis in scholis à Doctoribus & in foro praxi recepimus, testatur Menoch. *remed. 1. recip. num. 397.* & post Paris. Plato de in litem intrando, §. 3. num. 26. Mench. *in d. l. si quando num.*

De Consuetudine, Tit. IV.

69

num. 3. Et licet controversum sit an lex sine actu corporeo veram transferat possessionem, aut transferre possit, nemo tamen dubitat absque actu corporeo posse legem effectus suos ciuiles communicare ei, quem possessorum facit, ut præ ceteris, qui negant posse statem legis ad constitutam veram possessionem fatentur, Gilchen, de præscript. part. 2. memb. 3. c. 1. n. 5. Auendan, ad 1. 45. Tauri gloss. 6. n. 5. Sic etiam huiusmodi possessorum possit agere remedio adipiscendæ possessionis, & interdicto quorū bonorum, resoluunt Rip. dīl. num. 14. & alij citari à Personalī dīl. numero 507. & 508. Couar. a. 6. ad fin. Molina d. c. 13. à num. 2.

In gloss. *Signum*, ibi, & *inuestitura*. An inuestitura transferat possessionem, vide plures citatos per Tiraq. *le mort*, in *præf. decl. 1. n. 5.*

In ead. gloss. ibi, *item cum quis*, &c. Notatur ad hoc quod per clausulam constituti transfertur vera & propria possesso in confitentiarum, ac si vera traditio interuenisset, ex text. in l. quod meo, in p̄m̄ f. de acquir. poss. resoluunt Tiraq. de iure confitentii, part. 1. num. 1. & p. 2. ampl. 1. n. 2. Menoch. cens. 1. 39. numero 24. Ioseph. Ludou. Perns. decis. 50. num. 6. part. 1. Guttier. præc. lib. 2. q. 88. num. 8. & lib. 3. quest. 64. num. 23. Gom. 1. 45. Tauri, n. 78. Valasc. consult. 106. num. 2. Cald. Pereira de resol. emphyt. cap. 6. n. 25. & 29. & de empr. cap. 25. num. 10. Steph. Gracian. discept. forens. c. 175. num. 3.

S V M M A R I V M.

1. *Consuetudo non potest operari ut clericus non Episcopus possit exercere ea, quæ sunt reseruata Ordini Episcopali.*
2. *Consuetudo quæ Presbyter simplex ea præstat, quæ sunt ordinis Episcopalis, nullus est momenti.*
3. *Ordinis Sacramentum solis Pontificibus reseruatum.*
4. *Ordines minores ex delegatione Summi Pont. possunt à simplici Sacerdote conferri.*
5. *Ordines maiores nec vigore delegationis factæ à Papa possunt ab aliis conferri, quam ab Episcopis.*
6. *Confirmationis Sacramenti minister ordinarius est Episcopus ordinatus.*
7. *Confirmationis Sacramentum ex delegatione Papæ potest simplex Sacerdos conferre.*
8. *Necessitas non habet legem.*
9. *Papa ea quæ sunt Ordinis an possit laico conferre ostendit.*

C A P. Quanto. IV.

Consuetudo non potest facere, ut simplices Sacerdotes conferant illa Sacraenta, quæ ad solum Episcopum spectant, ut confirmatio, Ordines, &c. Et tunc est illa omittere si non adest Episcopus, nam aliter collata non tenent, quia inaniter conferuntur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Host. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Ripa. Butr. Henric. Guid. Papæ. Compost. Viu. irrationali primi libri iuris Pontificis, pag. 82. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 32. remissione Calaf. in ann. 82. Ximen. in concord. p. 1. & 1. refertur ab Ant. Aug. coll. 3. decret. lib. 1. sit. 3. c. 3.

Probat hic text. quod consuetudo, quæ Presbyter simplex ea præstat, quæ sunt Ordinis Episcopalis, nullus est momenti, ut per Azor. inst. mor. p. 1. lib. 5. c. 19. vers. consuetudo, lit. E.

Fuerunt solis Pontificibus reseruata.] Ut est sacramentum Ordinis conferre. Concil. Trid. fess. 22. de sacram Ordin. can. 4. D. Thom. p. 3. q. 65. art. 3. arg. 1. Bonatu. in 4. dist. 2. 5. art. 1. q. 1. vbi Ricc. art. 1. q. 1. & Palud. q. 1. art. 2. Vito. Etot de Sacram Ordinis, n. 2. 3. & 4. Valsq. in 3. p. D. Thom. tom. 3. dist. 24. 3. & 24. 5. Iodoc. Cocc. in thes. anti. Catholico, 1. 7. art. 1. 8. Praxis noua Episcop. p. 1. cap. 1. num. 6. pag. 26. Valer. Reginald. in præs. fori pœnit. lib. 30. numero 3. Bonacina de Sacram. dist. 8. q. vñica pœnit. 5. n. 1. Vnde licet minores Ordines ex delegatione Summi Pont. possint à simplici Sacerdote conferri, Cou. lib. 1. var. cap. 10. n. 9. Victor de Sacram. num. 22. 2. Card. Bellarm. lib. 1. de cleric. c. 17. Ngn. in 3. part. D. Thom. q. 38. art. 1. Azor. inst. moral. part. 2. lib. 4. cap. 1. quest. 12. Maiores verò neque vigore delegationis factæ à Papa possunt ab illis conferri, quam ab Episcopis, D. Th. in suppl. ad 3. part. q. 38. art. 1. ad 3. arg. & in 4. sentent. dist. 7. q. vñica art. 5. vers. talia vero, Cou. d. cap. 10. num. 10. Fr. Eman. quest. regular. tom. 1. quest. 18. art. 3. Azor. d. part. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 4. vers. in primis. Ego ipse de officio & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 3. numero 4. quicquid

C A P. Ad nostra III.

Consuetudo, in qua populus in causis Ecclesiasticis refert sententiam, non valet, sed Episcopus auditis partibus ferre debet sententiam in subditos suos. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Zabar. Col. lect. Aegid. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Host. Barbat. Innocent. Panorm. Bald. Butr. Henric. Anch. Mantua. Guid. Papæ. Compostel. Viuian. in ratione primi libri iuris Pontificis, pag. 82. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 31. remissione Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. titul. 3. cap. 2.

2. *Cum sententia à non iudice lata nullam obtineat firmatatem.*] Vide Rot. decis. 11. 1. n. 1. in 1. coll. nouiss. alias p. 4. diuers. Aloys. Ricc. in coll. decis. p. 5. coll. 14. 80. vers. quarto, conducunt plura quæ adducit parentis meus in com. ad Ord. Regias Lusitanorum, lib. 1. tit. 75. in princ. n. 9. & 10. Ex eisdem tamen actis potest sententia iustè lata ab incompetenti iudice approbati, Bart. & Paul. in 1. s. vi. proponit, C. quoniam, & quando ind. Alex. cons. 1. 1. n. 5. Gam. decis. 2. 19. Viu. decis. 3. 1. Lancell. de attent. p. 2. c. 6. n. 5. 3. Valasc. conf. 6. 5. ad finem, Bapt. Costa de fabili scientia & ignor. cent. 1. dist. 100. n. 78. Cabed. p. 1. decis. 39. num. 9. vlt. Camill. Borell. in summa omnium decis. titul. 4. num. 90.

4. In gloss. *insipientibus*, ibi, nec iustus est inconveniens quod quandoque reuelatur minori, quod maior nescit.

quicquid Abb. in presenti n. 9 & alijs contrarium afferre videantur. Nam quoad Sacerdotium haec sententia receperissima est, eamque tenent post D. Thom. & Cott. *tit. loci*, *Sot. in 4. dist. 2. 5. q. 1. art. 1. ad 2. & dist. 7. q. 1. vnic. art. 11. Victor. in summ. n. 237. Card. Clem. Molian. in compend. *in fin. Theolog. de sacram. Ordin. c. 53. lit. H.* Vinald. in *candel. aureo tit. de Ord. §. de ministr. vers. oēl anō si Papa, Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 1. 3. n. 4. Petr. Ledesma in sum. p. 1 vbi de Sacram. Ord. c. 5. concl. 1. Nau. conf. 14. de priuile. Aegid. de Coninck de sacram. Ordinis 210. dub. 9. n. 86. Campan. in diversi iuris Canon. in rubr. 6. c. 2. num. 13. Isidor. Molcon. de maiest. milit. Eccl. lib. 1. p. 2. c. 1. pag. 395. in fine vers. ex priuilegio. Quoad Subdiaconatum verò & Diaconatum non esset improbabile afferre posse summum Pont. delegare simplici Sacerdoti potestatem conferendilios, ut admonet Turrian. in addit. ad *Concil. Nicenum cap. 4. & Victor. in summ. n. 135.* testatur se legiſe in quadam Bulla concessione de hoc factam Abbatum Cisterciensibus, & Valq. de *sacram. Ordinis disp. 2. 48. cap. 4. vers. itaque sub n. 41.* afferit fere aliam in pexisse Bullam in qua Innocentius VIII. prædictum priuilegium Cisterciensibus cedebat.**

6 *Ve est Sacramentum confirmationis.*] Notatur ad hoc quod sacramenti Confirmationis Minister Ordinarius est Episcopus ordinatus, *Cou. d. c. 10. num. 4. & 6. Nau. in manual. cap. 22. num. 6. vers. dixi Episcopus.* Durand. in *rationali diuinorum*, lib. 5 cap. 84. num. 1. Alphon. Aluar. Guererro in *speculo iuris Pontifici*, titul. de *confirmat.* pag. mibi 179. Chamier de *Sacrament tractat.* de *Confirmat.* cap. 5. de *ministro Confirmat.* Vgolin. de *potestate Episcopi*, cap. 25. num. 2. Miranda in *nom. Praetatorum*, tom. 1. quest. 44. art. 1. concl. vnic. in fine, Bonac. de *Sacram. disp. 3. quest. vnic. punto 2. n. 3.* Concil. Trid. *seff. 7. de sacram. Confirm. cap. 3.* Ex delegatione tamen Papæ simplex Sacerdos poterit Confirmationis sacramentum conferre, Fr. Emman. d. art. 3. Azor. d. q. 4. vers. in *primis*, Cham. d. cap. 5. in *fine*, Cef. Baron. tom. 8. *annualium Ecclesiæ ann. Christi* 594. pag. 54. Vinald. in *candel. aureo tit. de confirm.* num. 26. Aegid. de Coninck de *sacram. q. 7. 2. art. 11. dub. vnic. n. 104.* Valq. de *Ordin. disp. 2. 43. c. 3. 4. 5. & 6. Nau. conf. 14. de priuile. num. 1.* Bonacina d. *puncto 2. num. 3. vers. dixi.* Armendar. in *addit. ad recipil. legum Navarræ*, lib. 1. tit. 18. lib. 7. de *Episcopis*, num. 77. & plures alijs, quos ego ipse refero a p. 2. alleg. 30. num. 4. vbi n. 6. an possit Papa committere Sacerdoti consecrationem materiae huius sacramenti.

8 *Quæ legem non habet.*] Notatur ad hoc quod necessitas non habet legem, concordant text. in c. licet, *infrā de feris, & in l. tutor qui repertorium f. de admin. tut. l. non solum, s. fin. ff. de excusat. tut. & in l. pro tyronibus, c. de priuilegiis domus Augustalis*, lib. 1. cum aliis citatis per Thom. de Thom. reg. 189. Surd. decis. 86. n. 8. Matien. l. 1. gloss. 21. tit. 10. lib. 5. non recip. Sanch. de *matr. lib. 3. disp. 10. num. 27.* Cœul. commun. contra *commun. tom. 4. quest. fin. num. 50.* Aloys. Ricc. in *praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 711. in 1. edit. & resol. 602. n. 3. in 2. edit. Card. Tusch. tom. 5. lit. N. conc. 19. Bened. Aegid. in *rep. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure part. 1. cap. 8. n. 26.* in fin. Muñoz de Scobat de *ratioin. cap. 14. a. n. 10.* Barthol. Perret. ad *extraag. ambitiose, de rebus Ecclesiæ non alienan. verbo, præterquam num. 4. pag. 12. 9.* Moneta de *disfrub. quod p. 2. quest. 11. n. 38.* Bellet. *disquisit. Clerical. part. 1. titul. de disciplina clericali* §. 4. num. 55. & §. 20. num. 13.*

9 *In gloss. reservata.* Glossa haec tres refert opiniones in illa quest. an Papa ea quæ sunt Ordinis possit laico committere, primum quod conferre potest Presbytero tantum, secundum quod etiam simplici Cle-

rico, dummodo illud habeat Sacramentum, quod alteri conferre vult, tertium quod etiam laico conferre possit; commune tamen est interpretum enunciatum non simplici laico, sed Sacerdoti tantum ea quae sunt Ordinis posse à Papa conferri, ut per Ioan. Andr. in *presenti numero 8. & num. 13.* Anchar. *col. 2.* numero 4. vers. *venio ad gloss. Card. Florent. num. 6. vers. quero an Papa Butr. *col. 2. n. 15.* Panorm. *col. 2. num. 7.* quos refert & sequitur Rendina in *præmptuaria recept. sentent. tom. 1. tit. 84. num. 2.* & tenet alij supra relati num. 3.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Consuetudo per quam interdicti sententia violatur, non valet.*
- 2 *Nominaciones dirigi debent Decano, & Capitulo, & non suffici dirigi Capitulo, non exprimendo caput.*
- 3 *Interdicti Ecclesiastici effectus omnes Summus Pontifex priuilegio suo in totum, vel ad tempus suspendere potest.*

C A P. Cūm inter. V.

C Onsuetudo qua rumpitur neruus Ecclesiastica disciplinæ, vel est contra statutum Ecclesiæ, non valet, ut qui habet priuilegium tempore interdicti dicendi officia, non potest proper consuetudinem pulsare campanas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Innoc. Panor. Bald. Ripa. Butr. Henric. Compostel. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag. 83.* Alagona in *compend. iuris Canonici* pag. 32. remissiū Ximen. in *concord. part. 2.* referunt ab Anton. August. collect. 3. *Decret. lib. 1. tit. 3. cap. 4.*

In superscript. text. ibi, *Decano Capitulo.* Ergo nominations dirigi debent Decano, & Capitulo, & non suffici dirigi Capitulo, non exprimendo caput, ut per Rebuff. in *tract. nominat. q. 8. n. 33.*

Et de consuetudine in generali etiam interdicto, &c. Quamvis priuilegio suo Summus Pontifex effectus omnes Ecclesiastici interdicti, cum à iure humano pronuent, in totum, vel ad tempus suspendere possit, gloss. in *c. ad bac 37. de appell.* recepta communiter ex *Cou. in c. alma. p. 2. §. 2. num. 4.* Henr. lib. 13. c. 51. §. 4. propter clarę videmus nobis concessum per Bullam Cruciae ut durante triennio concessioñis clerici in locis suppositis interdicto valeant celebrare, si ei causam non dederunt, & ut laici non interdicti, eorumque familiæ interesse possint diuinis, & cum moderata pompa in sacro sepeliri, ut in explicacione eiusdem Bulla Fr. Emman. annotavit §. 5. & Sebas. Cost. de *indulgent. q. 2. 7.* & alijs de quibus Henr. lib. 7. c. 13. §. 3. iuncta. It. G tamen illud quod operatur priuilegium, non potest confutudo operari, cum sit irrationalis, & ex ea disrumpetur neruus Ecclesiastica disciplinæ, ut text. habet.

S V M M A R I V M.

- 1 *Consuetudo vicinarum cœtitatum servarunt in attribuendis officiis nouæ dignitati, quæ si diversa fuerint, servabitur magis rationalis, & alijs non prædicantis.*
- 2 *Dignitas Ecclesiastica dignoscitur ex consuetudine, vel constitutione Ecclesiæ.*

3 *Præcentor*

De Consuetudine, Tit. IV.

71

3. Praeceptor praeferim in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiis nominatur inter eos, qui dignitate praediti sunt.
4. Consuetudo Regni, seu loci vicini attendenda est.
5. Patria consuetudo sequenda est, qua deficiente in casu dubio seruanda sunt leges Regni vicinioris.
6. Privilia ita restringenda sunt, ut attentis, & mature per pensis verbis & mente concedentis in eo accipiantur sensu, qui minus alterius verbis ludit.
7. Dignitates nouas in aliqua Ecclesia sine auctoritate Apostolica Episcopum constitutere non potest.
8. Privilium non subditum concessum, ubi agitur de modo, renovari potest.
9. Praejudicare alicui vbi intendit Princeps accipendum est de modo, non de grani preiudicio.
10. Honorandus est quisque in sede secundum dignitatem.
11. Consuetudo in honoribus discernendis seruanda est.

C A P. Cùm olim. VI.

Dignitas aliqua in Episcopatu quando de licentia Pontificis erigitur, est erigenda sine praejudicio aliorum, & saluis rationalibus, & approbatis consuetudinibus Ecclesiæ, & talis dignitas habere debet illum honorem, & officia, quæ similes in vicinis locis habent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Host. Innoç. Panorm. Bald. Ripa. Burr. Henric. Anch. Compostel. Viitan. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 83. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 22. remissione Ximen. in concord. part. 1. & 2. refutatur ab Ant. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 3. c. 5.

Collige ex text. quod dignitas Ecclesiastica dignoscitur ex consuetudine, vel constitutione Ecclesiæ, vt per Boët. decif. 2. 86. num. 7. Rot. decif. 29. n. 3. p. 2. diuers. principali dignitate cognoscenda, dixi ego ipse in meo tract. de officio & potestate Episcopi, part. 1. titul. 2. gloss. 17. n. 31. & part. 2. alleg. 59. n. 7. Consuetudo enim plurimum operatur ad dignoscendum quanam sit prima dignitas in aliqua Ecclesiæ, & ideo attenditur potius solitum ipsius Ecclesiæ, quam ius commune, vt per Gramm. decif. 64. n. 17. & 18. Mantic. decif. 175. n. 3. Sicut etiam communis reputatio, & publica fama loci, Boët. decif. 286. n. 8. Rot. decif. 8. n. 2. p. 4. diuers. Mantic. dict. decif. 75. n. 3. Greg. XV. decif. 482. n. 3. & fuit resolutum in Cephaludens. Archidiaconatus 18. Martii 1624. coram bono mem. Dunozetto sen.

Et per hunc text. tenet Pald. in 1. not. quod consuetudo signat locum sedendi, eundi, & standi, Tiraq. in tract. de nobilit. c. 2. n. 55. vers. sed in hoc, Dec. conf. 21. n. 6. vol. 1. Vincent. de Franch. dec. 388. n. 4. Salgado de protest. Regia tom. 1. p. 2. c. 9. n. 8. in fine.

Dignitatem, quam habent alij praecentores.] Notatur ad hoc quod praecentor in Ecclesiis praeferim Cathedralibus & Collegiis numeratur inter eos, qui sunt praediti dignitate, qui solet etiam Cantor vocari, vt per Azor. in ist. moral. part. 2. lib. 3. cap. 22. vbi etiam aduertitur quod eius manus in iuridictione, & curia animalium non consistit, nisi vbi fuerit consuetudine introductum.

In aliis Ecclesiis Anglicanis.] Notatur ad hoc quod in subdium consuetudo regni, seu loci vicini attenditur, vt per Sylu. conf. 60. n. 10. Boët. decif. 263. n. 9. Melnoch. conf. 312. n. 13. & conf. 390. n. 22 & conf. 495. n. 9. & 10. Mascal. de probat. conclus. 1415. n. 12. Gama Lusit. decif. 6. num. 6. & decif. 144. n. 10. Valasc. conf. 51. n. 48 & conf. 70. n. 5. Cald. Pereira de potestate elig. c. 13 ad finem. Bernard. Graux. ad tract. Camera Imper. lib. 1. conclus. 56.

num. 15. Camil. Borel. in summa omnium decif. tit. 14. n. 11. latè Ioan. Bapt. Costa de remed. sub fid. remed. - o. illat. 4. ex n. 1. & ideo obseruanta, aut fama loci vicini attenditur quando dubitatur de eo, quod sit in loco contentio Albert. Brun. in tract. de monet. p. 1. num. 6. Raudens. conf. 33. num. 6. vol. 11. stylusque præsumit talis, qualis est in loco vicino vt valeat sententia, & acta, idem Raudens. conf. 21. n. 195. eod. volum. Sic etiam statutum castri, vel cimitatis ambiguum declaratur per statutum loci vicinioris de materia loquens distinctè & clarè, quod ea quae sunt intacta & indeterminata à iure communis, vel consuetudine. Roman. conf. 21. 8. num. 1. Albert. Brun. tract. de statut. art. 6. n. 7 c. Georg. Natt. eod. tract. q. 2. num. 73. Roland. à Valle in tract. de lucro dotti, 9. 85. quos refert Costa vbi supra n. 5. Nam consuetudo patriæ sequenda est, Molina de primog. lib. 1. c. 11. num. 1. Cald. Pereira de renovat. empbyt q. 15. n. 47. quia d. ficien- te in casu dubio seruanda sunt leges regni vicinioris, & secundum eas iudicandum, Rebuff. l. 114. ff. de verb. signif. pag. 455. Gutier. tract. lib. 3. q. 17. n. 2. 115. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. n. 119. Peregr. var. lib. 1. in rub. de officio iudicis ordin. n. 7. Valasc. de part. c. 19. n. 11. Caud. p. 1. decif. 211. in fin.

Sine praedictio alieno.] Notatur ad hoc quod privalia ita restringenda sunt, ut attentis, & mature per pensis verbis & mente concedentis in eo accipiantur sensu, qui minus alterius verbis ludit, vt per Couar. lib. 1. var. c. 17. n. 3. ad fin.

In gloss. Concessimus.] Notatur ad hoc quod Episcopus non potest constitutre nouas dignitates in aliqua Ecclesia vel Cathedrali sine auctoritate Apost. vt per gloss. verbo omnes in cap. 1. 2. 2. dist. recepta per Mandos. de sign. gratia rit. exactio. in 1. col. vers. pro noua creatione. Imol. in presenti n. 1. Rom. in l. imperium sub n. 2. vers. item potestate in terponendi auctoritatem, ff. de iurij. d. omnium iudic. Felin. in c. c. 1. access. à n. 14. supr. de constit. vbi quod Episcopus potest antiquam dignitatem restaurare si accedit Capituli consensu, & congruus re-affigetur. Præpol. d. c. 1. col. 2. vers. si queritur sub distinctione Ioan. Ant. Masbri. in sua praxi habendi concussum præl. 21. dub. vnic. n. 12. secundum Roman. impress. Aloys. Ric. in praxi fori Ecclesiast. decif. 3. 82. in 1. edit. alias resol. 3. 22. in 2. edit. dicit se in facto proprio habuisse, & sic responsum fuisse de Urbe, Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verbo, beneficio, vers. ad dignitates, pag. mibi 56. Monet. de confernat c. 5. n. 96. quicquid velint Sylua, Bertachin. & Specul. citati ab Aloys. Ric. d. loco.

In gloss. Praejudicium, ibi, quia pro modo, &c.] Notatur ad hoc quod licet privalium non subditum consulum renovari minimè possit, vbi tamen agitur de modo, benè poterit, vt per Tiraq. de iudicio in rebus exig. vers. 6. 1. Et aduertendum dixi illud, quod refert Valasc. conf. 7. 2. n. 23. videlicet quod quando Papa, vel Princeps scribit cum intentione praedicandi, quia tunc non appetat in quanta quantitate praedicare voluit, interpretamur verba eius de minori preiudicio, hoc est, de iure ad rem, & quando Princeps concedit aliquid cum clausula, non obstante praedictio alicuius, interpretamur quod intellexit de modo, non de minori, seu grani.

In gloss. In sessionibus.] Notatur ad hoc quod secundum dignitatem honorandus est quisque in sede, vt per Tiraq. de nobilit. cap. 20. n. 52. vbi n. 55. subdit quod consuetudo est seruanda in honoribus decernendis, faciunt quæ ego ipse in tract. de officio & potestate Episcop. p. 1. tit. 3. c. 8. n. 64. cum seq.

S V M M S

S V M M A R I V M.

- 1 Confuetudinis prætextu non potest quis dimittere dignitatem sine fine oris licentia, nec valet electus aministrare non habita confirmatione à superiori.
- 2 Confuetudo, qua quis solet dignitatem depovere sine Superioris auctoritate sacris Canonibus inimica censetur.
- 3 Abbates, & alij Pralati immediate Papæ subiecti, an hodie eligi possint, ostenditur.
- 4 Confuetudo publica faciendi actum excusat à delicto, & à pena.
- 5 Confuetudo non valet contra legem expreſſe confuetudini derogantem, niſi fit inducta sciente, & paciente Principe.
- 6 Confuetudo etiam futura procedere non potest aduersus legem, que ipsam confuetudinem simpliciter reprobauit.

C A P. Cùm venerabilis. VII.

- C**onsuetudinis prætextu nemo potest dimittere dignitatem etiam velit ad aliam transire sine licentia sui superioris: nam confuetudo inimica Canonibus est corruptela. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Io. Andr. Imola, Anania, Host. Barbat. Innoc. Panorm. Bald. Ripa, Butt. Henric. Anch. Compostel. Vitian. in rationali primi libri Iuris Pontificis pag. 84. Alagona in compend. Iuris Canon. pag. 32. remissiuē Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 3. c. 6.
- 2 Probat hic text. quid confuetudo, qua quis solet dignitatem depovere sine Superioris auctoritate, velut facris Canonibus inimici, vt corruptela, & temeraria censetur. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 5. cap. 19. vers. confuetudo, qua quis.

Notatur ad hoc quid confuetudo admittens ut quis electus ante confirmationem administret quæ sunt numeri illius officij, vel Pralaturæ, ad quam electus tanquam facris Canonibus inimica non est seruanda, imo potius extirpanda, vt per Azor. inst. moral. part. 2. lib. 6. cap. 16. §. ad quam panam, Castellin. in tract. de elect. c. 1. n. 19.

- 3 Inueniunt Abbatem, &c.] Hic text. & c. dilectus, infra de remittunt. & cap. licet. de regul. quatenus probare videtur Abbates, & alios Pralatos immediate Papæ subiectos non eligi, sed postulari debere, correcta sunt nouissima Bonifacij constit. in cap. si Abbatem, de elect. lib. 6. vbi probatur Abbates exemplos, qui habent iura quasi Episcopalia non postulari, sed eligi debere, ita Eralim. a Cochier de iuris. Ordinarii in exemplis, p. 4. q. 5. n. 4.

- 4 In gloss. Emigrasse 1. ibi, sed foris, &c.] Notatur ad hoc quid confuetudo publica faciendi actum excusat à delicto. Menoch. conf. 3. 14. n. 11. & à culpa, Guttier. practic. lib. 3. q. 19. n. 2. 4. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 110. n. 83. & à pena. Hyppol. conf. 9. o. n. 8. & conf. 100. num. 8. Mexi. in tract. tassa panis, conf. 3. n. 23. quamvis sit confuetudo irrationalibilis. Cou. de fons talibus p. 2. cap. 6. §. 3. n. 5. in fine, vel reprobata à lego, Cott. in memorab. verbo, confuetudo il 2. Farin. in praxi crimin. p. 4. conf. 4. num. 19. & ibi additio lit. A. aut etiam iniusta saltem in foro contentioso, prout in terminis usurparum resoluit Aym. Crancet. conf. 145. n. 12. & quid confuetudo iniusta quoad forum temporale valeat mero iure, & excusat à pena, tradit. Gom. ad cap. 1. de confirm. num. 131. vbi refert hanc gloss. communiter approbari, quod etiam

testantur Couar. in cap. quamvis postum p. 1. §. fin. n. 1. 3. Tiraq. de pœnis temp. causa 42. Quicquid tamen mala confuetudo excusare possit à pena temporali, ab aternis tamen & diuinis nunquam excusare potest. Flamin. de resign. tom. 1. lib. 5. q. 6. n. 121. Bajard. ad Clar. §. blasphemia, n. 24.

Notatur etiam ad hoc quid confuetudo non valet contra legem expreſſe confuetudini derogantem, vt per Duen. reg. 144 Guttier. pract. lib. 3. q. 31. num. 12. ad fin. Card. Tusch. tom. 2. lit. C. concil. 814. n. 5. Carasc. in explicat. ad aliquas leges recipil. c. 8. n. 13. Farin. in praxi crimin. p. 7. in fragmentis lit. C. n. 7. 22. cum seqq. Valer tamen quando est inducta sciente & paciente Papa, vel illo qui legem potest tollere. Duen. reg. 106. vers. limita 1. Carrac. d. c. 8. n. 24. & confuetudo etiam futura procedere non potest adhuc legem quæ ipsam confuetudinem simpliciter reprobavit, vt per Cou. lib. 3. var. c. 1. n. 4. Mench. controver. frequen. cap. 3. n. 1. Viuan. tom. 1. communium opin. lib. 1. tit. 17. n. 362. pag. 246. Nau. de fpolis clerc. §. 14. n. 2. Fr. Einman. quæst. Regul. tom. 1. q. 9. art. 5. Guttier. tract. lib. 3. q. 31. n. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Confuetudine introduci potest quid vna Ecclesia de gremio alterius teneatur sibi Pralatum eligere. Et confuetudo est optima legum interpres.
- 2 Eligens aliquem dat ei potestatem, & licentiam acceptandi.
- 3 Patronus in fundatione beneficij potest sibi reseruare pensionem, vel aliud opus apponere.
- 4 Patronus in fundatione beneficij potest apponere quacunque conditiones, etiam si sunt contra ius, nisi sine natura impossibilis, aut alias à iure reprobatae.
- 5 Confuetudo valet, ut eligatur aliquis de certo Monasterio.
- 6 Confuetudo est optima legum interpres.
- 7 Confuetudo est interpretativa primlegiorum, & scripturarum.
- 8 Confuetudo est interpretativa contractum, & ab ea quilibet dispositio accipit interpretationem.
- 9 Confuetudo, & rei natura dant interpretationem dispositioni simplici, & genericæ.
- 10 Confuetudo vix parem habet cum lege.
- 11 Confuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum.
- 12 Suspensus ab officio, nec eligere, nec eligi potest.
- 13 Iuris error potest bonam fidem producere, & quilibet excusat, quando erratur in dubia iuris dispositione.
- 14 Statutum secundum ius commune recipit interpretationem ab eodem iure.
- 15 Observatio subsecuta declarat, ac interpretatur mentem rescriptentis.
- 16 Confuetudo cum sit quid facti debet probari.
- 17 Doctori afferenti confuetudinem rigere in loco, in quo veratur, credendum est.
- 18 Doctorum quando sunt diuersa opiniones, illa est amplectenda, qua habet confuetudinem pro se.
- 19 Verbum idem eodem in loco diversis reflectibus, diversimodè accipitur.
- 20 Negatio plus tollit, quam ponit affirmatio.
- 21 Negativa plus negat, quam affirmativa affirmat.

C A P. Cùm dilectus. VIII.

Consuetudine approbata, quæ est legum interpres, licet videatur prædicare iuri communi, potest introduci ut vna Ecclesia teneatur eligere sibi Abbatem, vel Pralatum ex gremio alterius Ecclesie. Item

De Consuetudine, Tit. IV.

73

Item suspensus non potest eligi, nec eligere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Barbat. Bellam. Joan. Andr. Imola. Anania. Host. Innoc. Panorm. Bald. Anchar. Rip. Butr. Henric. Guid. Papas. Compostel. Viulan. *in ratione primi libri iuris Pontificis* pag. 85. Alagon. incompend. iure. *Canon* pag. 33. remissio. Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 3. *Decreta*. lib. 1. tit. 3. cap. 7.

² *Diitius vero, &c.]* Notatur ad hoc quod eligens aliquem dat ei potestatem, & licentiam acceptandi, vt per Tiraq. de iure marit. los. 7. c. 24.

*Ad pensionem patronorum, &c.] Notatur ad hoc
quod potest patronus in fundatione beneficij sibi re-
feruare pensionem, vel alius onus imponere, videlicet
quod praestans debet esse Sacerdos, vel consanguineus si reperiatur, Rebuffi, *trat. de pacificis pos-
sess. n. 111. Perez, l. 1. vers. ex quibus in seruo, tit. 6. 1. Ordin.
pag. 147.* Et potest apponere qualcunque conditiones
etiam si sint contra ius, nisi sint natura impossibilis,
aut alias a iure improbatæ, ut resolut Lambert, de iure
patron. l. 1. p. 1. q. 9. n. 52. & tenuit Rot. in una Romana iuris
patr. 3. 1. coram Illustriss. Sacerdotio.*

5 Eligerent in Abbatem.] Notatur ad hoc quod valeat
confutatio, ut eligatur aliquis de certo Monasterio,
Gonz. ad reg. 8. Can. gloss. 8. . 109. & seqq. Petr. de Bafio
de elect. 1. 1. 4. 11.

6 *Quae optima legum interpres.*] Notatur ad hoc quod confuetudo est optima legum interpres, ut per Sylu. cons. 38. n. 27. Menoch. cons. 3. num. 44. & cons. 390. n. 21. Maſcard. de prob. cons. 1415. m. 10. Cald. Pereira in *lſi curaturem, verbo, contrarium*, p. 29. Mendez a Castro in *praxi Lusitania*, lib. 2. cap. 1. n. 12. Camill. Borr. in *summa omnium deoſ. tit. 14.* 88. plures refert ex antiquioribus Cened. *pract. & can. q. 3. lib. 1. quaf. 3. n. 11.*

7 Et est etiam interpretatio priuilegiorum, & scriptu-

ratum, Molina de primogen. l.2. cap. 6. num. 57. Gironda de priuilegiorum & exemptionum explicat. num. 1307. vbi 8 etiam resoluti sufficere decennalem, & non esse necessaria immemorialem, seu quadragenalem. Item est interpretativa contractum, l. quod si nolit, §. qui assidua ff. de adilit. edit. Camill. Borrell. in summa omnium decisi. tit. 14. num. 93. Menoch. de arbit. casu 8. num. 10. Magon. Florent. decisi. 56. num. 3. Et facit pars contra- htere secundum eam, Surd. decision 223. à numero 11. Ac ab ea qualibet dispositio accipit interpretationem, 9 Surd. de alim. tit. 1. q. 66. num. 4. Vnde vulgo dici solet quod confutudo, & rei natura dant interpretationem dispositio- nem dispositio simplici, & genericæ, Molin. de pri- mog. l. 1. c. 3. num. 3. Et est tanti effectus hac confutudo interpretativa, quod ex vnico actu inducitur, nec oportet esse prescriptam, Aym. Cratene. conf. 201. n. 12. Menoch. de arbit. casu 8. 3. n. 10. a. Ponte conf. 51. num. 28. & 29. Alex. conf. 8. 7. vol. 6. Soc. conf. 1. 1. n. 5. vol. 1. Cou. l. 3. var. 1. 19. & 74. Natt. conf. 4. 6. n. 2. 6. Barz. dec. 58. n. 6. Fon- tanel. de pactis nup. claus. 1. n. 33.

Confutato parem vim habet cum lege, Guid.
sing. 803. Bernard. Græua. ad præl. Camer Imper. lib. 1.
concl. 36. Et venit appellatione iuris, Mench. q. fre-
quent. 3. num. 2. Ego ipse in tr. de appell. verborum utrius-
que iuris, sign. appell. 124. num. 6. Et habet vim pacti,
estque fortior pacto, ut per Affl. Neap. decis. 6. 1. n. 9.
& dec. 2. 5. n. 2. Farin. in praxi cr. m. p. 6. 9. 175. Gonzal. ad
11 reg. 8. Cancel. 6. off. 2. 3. n. 4. Et facit licitum quod alia erat
illictum, ut per Roland. cons. 8. 1. 19. lib. 4. Ioseph. Lu-
don. Pers. der. 6. 2. n. 14. Seraphim. de primileg. iuram. primil.
8. 3. n. 6. Guttier. præl. 1. 3. q. 29. n. 22. Mex. in tr. dasse panis,
concl. 1. n. 2. metcipsum in træl. Axiom. iuris usufr. Axiom.
56. n. 4.

56. n. 15. 4.
12 Electionem ipsam à suspenso, & de suspenso, &c.]
Tom. I.

Notatur ad hoc quod suspensus ab officio nec eligere nec eligi potest, non potest ideo eligi, quia nequit exercere officium ad quod tenetur electus, neque eligere quia est actus est officij, ut per Valer. Reginald. in *praxi foripærin.* lib. 32. tr. 2. n. 18. & per metipsum in *tr. de off. & pofest.* Ep. c. p. 1. tit. 1. c. 3. num. 2. 3. Et quod suspensus non potest eligere, resolutum cum Ricc. in *tr. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium.* lib. 4. c. 3. num. 9. vbi alios citat, & num. 10. cum multis resoluti procedere etiam quando electio est facta a pluribus, quorum aliqui sunt excommunicati, & aliqui non, quia talis electio est nulla, & aedoc vt neque sustineatur ex persona eorum, qui non sunt excommunicati.

*Ceterum cum supradictum, &c.] Notatur ad hoc i³
quod juris error potest bonam fidem producere, &
quemlibet excusare quando erratur in dubia juris
dispositione, quoties scilicet in ea intelligenda adest
varietas opinionum, Ist. in *l*uris ignorantia**, q.2. C*on*qui
admittit, & in l*uris*, num. i⁹. C*on*de trans*lat*. Alex. *conf*. i⁰. sub:
r. i². lib. 7. post Crot. Corn. & Curt. iun. ita resolu*nit*
Flamin. de *signat*. l. i¹. q. 3. num. 6⁴. Cou. *deresponsal*. p. 2.
c. 8. s. i⁰. n. 9. Pinel. in l. 2. C*on*de *rescind*. vendit. p. 2. c. 4. n. 40;
Ioan. Garc. de *nobilit*. initio, n. 17. Hinc errorem inris
maxime dubi*bit*, & ratione probabilis iustam præb^{er}e
præscribendi causam, etiam vbi titulus requiritur, resolu*nit*
Cou. in *reg. possessi*. p. 2. §. 7³. n. 9.*

— Notatur etiam ad hoc quod statutum secundum ius 14
commune recipit interpretationem ab eodem iure, vt
per Menoch. *conf. 18.7. n. 2.9.* Surd. *decis. 43. n. 6.* Hieron.
Pottol. in *tr. de corribus, & fideicom. legalis. 5. v. 5.* Va-
lasc. *conf. 6.9. n. 17.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. 8.7. proam. num.*
139. Et eius ampliations accipere potest, ita vt exce-
ptio in eo non firmet regulam in contrarium, Tiraq.
in *tr. le mort. 2.2. declar. 2. v. 2.2.* D. Barb. in *l. 1. ff. solut. mair.*
p. 1. n. 6.1. Valaf. conf. 42. n. 7.

Notatum etiam ad hoc quod obseruatio subfe- 15
quita declarat ac interpretatur mentem rescriben-
tis, vel aliquid statuerint, ex Menoch. confil. 192. num.
12. nam ab obseruantis subseguenda indulta & pri-
milia recipiunt interpretationem, Alex. confil. 9. num. 3.
lib. 5. Pute. decil. 15. num. 12. lib. 2. Crancuta. or. 1. num. 4.
& confil. 1. 18. num. 2. Menoch. confil. 49. numero 10. & seq.
Surd. confil. 2. 24. numero 7. & confil. 27. num. 12. Mantic.
decil. 3. 20. n. 5. Seraphin. decil. 14. om. 16. & 17. Rot. in
Burgos. expensarum 31. Ianuarij 1625. coram R. P. D.
Merlino.

Conscutudo probata.] Quia cum sit quid facti, debet probari; ut per Sylu. consil. 9. numero 27. & consil. 10. num. 38. & consil. 45. numero 52. Ioleph. Ludou. Perus. decis. 61. numero 25. cum seq. Menoch. de presumpt. lib. 2. pref. 8. num. 7. & consil. 8. numero 16. Macard. de probat. conclus. 5. 18. numero 2. Surd. consil. 372. numero 1. Valafc. consil. 16. 2. numero 9. Paril. consil. 31. num. 14. vol. 1. & consil. 10. num. 14. vol. 4. Glorit. resp. 1. p. 1. num. 50. Et potest probari per famam. Duen. reg. 299. limit. 21. Et de aliis modis probandi consuetudinem agunt citati à Valdes in addit. ad Xuar. in comment. ad proœmium feri, numero 12. lit. L. pag. 6. Doctori tamen afferenti consuetudinem vigere in loco in quo versatur credendum est, Bart. in l. de quibus, numero 21. ff. de legib. Roch. in cap. fin. infra hoc tit. sebt. 8. numero 9. Galiauia in l. Gallus, §. idem credendum, numero 34. ff. de liberis & postb. Palat. in repet. rubr. §. 21. Rot. Bononiensis. decis. 65. numero 12. Strach. de mercat. tit. de doctor. part. 5. numero 6. Anton. Mar. tom. 1. communium opinion. in princip. lib. 1. tit. 17. de legib. numero 334. pag. 244. vbi Vivian. numero 364. Ennian. Soar. in thelano sentent. lit. C. verbo, consuetudo non probatur. Menoch. de arbitr. casu 360. num. 94. & consil. 1.

74 Collectanea Doct. in lib I. Decretal.

164. & cons. 54. n. 5. & 37. Mascard. de probat. concl. 426.
 & concl. 528. Ludou. Rodolph. var. quest. lib. 2. q. 61. n. 28.
 & 29. Surd. cons. 11. n. 15. Steph. Gratian. Marchia decis.
 130. n. 6. Farin. in praxi crimin. p. 1. tit. 5. q. 45. n. 18. Camil.
 Borrel. in summa omnium decis. tit. 14. de consuetud. a
 n. 122.
- 18 Notatur ad hoc quod quando sunt differētē opinio-
 nes Doctorum illa est amplectētā, quā habet con-
 fuetudinem pro se, vt per Aym. Crauet. cons. 201.
 num. 11.
- In gloss. *A suspensis*, ibi, *suspensus enim non potest eli-
 gere, nec eligi recipiuntur in præsenti* à Bald. col. vlt. n. 17.
 Card. Florent. n. 9. Butt. in 2. leſt. n. 59. & n. 61. Panorm.
 n. 10. Imol. n. 35. quos citat Rendina in promptuari rece-
 ptarum sentent. tom. tit. 41. n. 21. & ad hoc quod suspensus
 non potest eligi, Lauor. var. lucubrat. tit. 4. c. 16. n. 63.
 Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 19. n. 1. vbi etiam cum
 Nau. in man. c. 27. n. 163. vers. septime, resolutus suspensum
 peccare acceptando electionem. Et quod suspensus eli-
 gere non possit si sit nominatim suspensus, tradit Lan-
 uor. d. 111. 4. c. 15. ex n. 61. vbi id intelligit si sit suspensus
 ab officio & beneficio simul, vel ab officio tantum, non tamen si sit suspensus solum a beneficio, nisi talis
 vox competenter ratione illius beneficij a quo aliquis
 reperitur suspensus, & .62. post Seraph. decis. 8. c. 6. n. 6.
 & alios subdit quod quando aliquis est suspensus sim-
 pliciter, nunquam potest eligere, quia sic suspensus
 intelligitur ab officio, & beneficio suspensus.
- 19 In gloss. *Elelio*, ibi, *proprie tenetur*.] Notatur ad hoc
 quod idem verbum eodem in loco diuersis respecti-
 bus diuerfimode accipitur, vt per Tiraq. de retratū
 l. g. §. 1. gloss. 18. n. 22.
- 20 In ead. gloss. ibi, *plus tollit negatio quam ponit affirmatio*. Tiraq. de iure primog. q. 2. 4. n. 12. Cou. var. lib. 1. cap. 13.
 21 n. 7. quia negativa plus negat quam affirmativa affir-
 māt. Card. Turch. pratt. conclus. tom. 5. lis. N. concl. 26. Mar.
 Antonin. var. l. 1. resol. 20. n. 7. Surd. decis. 24. n. 6. Beroi.
 cons. 27. n. 11. vol. 2. Paris. cons. 151. n. 20. vol. 3. Roland. cons.
 27. n. 1; & 14 & cons. 99. n. 25. vol. 4. Menoch. cons. 107.
 n. 22. & seq. Octau. Glorit. resol. 1. p. 3. n. 2. 52.

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum sine Episcopo statuta, seu consuetudines nouas facere, vel antiquas immutare non potest.
- 2 Capitulum non potest statuere super his, que tangunt statutum generale Ecclesie, vel iura Episcopi sine ipsius consensu.
- 3 Episcopi consensu potest Capitulum statuere etiam circa ardua, & concernientia vniuersalem Ecclesie statutum.
- 4 Capitulum sine Episcopo non potest statuere de quotidianis distributionibus.
- 5 Capitulum Sede Episcopali vacante potest statuere ea, que ad statutum Ecclesie pertineant.
- 6 Consensus non solum ante, & in ipso actu, sed etiam post illum praestari potest.
- 7 *Vilitas in rebus nouis constitutendis evidens debet esse, ut recedatur ab eo iure, quod dū aequum visum est.*

C A P. Cūm consuetudinis. IX.

Honor. III.

- 1 Capitulum sine consensu Episcopi non potest mu-
 tare constitutiones, & consuetudines approbatas
 Ecclesie, nec nouas inducere, quas si induceret, sunt
 iritae. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect.

Barbat. Bellam. Ioa. Andr. Imola. Anania. Host. Innoc.
 Panorm. Bald. Butt. Henric. Guid. Papæ. Compostel.
 Viulan. in rationali libri primi iuris Ponificij, pag. 85.
 Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 34. remissiū
 Cafal. in annot. & Ximen. in concord p. 1.

Collige ex text. quod Capitulum non potest sta-
 tuere super his, que tangunt statutum generale Ec-
 clesie, vel iura Episcopi, sine ipsius consensu, vt per
 Innoc. in cap. cūm omnes, n. 1. vbi Abb. n. 4. Butt. num. 45.
 Felin. num. 9. Bero. n. 36. & 46. sup de constit. Oldrad. cons.
 131. Ferret. cons. 186. quos sequuntur est Rota deci. 21 n. 1.
 apud Farin. p. 2. recentiorum, & ante eadem Rota in vota
 Ilerden. Statut. 2. Decembr. 1593. coram Corduba Epis-
 copo Pacen. Benedic. Capr. tom. 2. commun. opin. lib. 1.
 tit. 1. de Episc. & Cleric. n. 24 pag. 154 gloss. verbo statu-
 rum in e. 2 de verb. signific. lib. 1. Calder. cons. 2. n. 2. de con-
 stit. Butt. in c. confrat. n. 25 de rescript. qui tamen fac-
 cit differentiam inter Capitulum Cathedralis, & alia
 Capitula Collegiarum inferiorum. Abb. in cap. cūm
 accessissent, .4. & ibi Dec. n. 8 sup de constit. bene Monet.
 de distribut. quorūdian. p. 2. q. 13. num. 23. Et vbi accedit
 Episcopi consensu, potest statuere etiam circa ardua
 & concernientia vniuersalem Ecclesie statutum, vt no-
 tam Doctores in d. cap. cūm omnes, & tradit etiam Felin.
 in cap. edoceri. n. 3 & 4 sup de rescript. Capr. reg. 9. num. 1.
 Cæsar. de Graff. decis. 4. n. 4 de his, que sunt à maiori par-
 te Capituli. Seraph. decis. 147. n. 1. & 2. & fuit dictum
 in Paduana Seditum 26. Iuniar. 1618. vbi etiam fuit
 animaduersum consensum Episcopi. p. hoc casu colligi
 ex scientia, & ipsius tolerantia, omnis enim iuris
 diuinitutis moratur in ipso Capitulo, & ab eo in membra
 illius diffunditur, vt per doctrinam Innoc. respondit
 Rot. in Seguntina præsidentie 21. Februar. 1611. coram
 R. P. D. Dunozetto. Quæ autem in proposito dicantur
 ardua, benè explicat Bero. in d. cap. cūm omnes,
 num. 44.

Vnde infertur solum Capitulum sine Episcopo non
 posse statuere de quotidianis distributionibus, quatenus
 earum distributio attingit, aut concernit statutum
 vniuersalem Ecclesie diuinâque officia, corrumve re-
 gimen, vt aperte colligitur ex Concil. Trid. sess. 24. de
 reform. cap. 12. in fin & per eum tradit Monet. d. quæst. 13.
 num. 26.

Verū Sede Episcopali vacante poterit Capitulū
 in quo etiam residet potestas Episcopalis, ea
 statuere, quæ ad statutum Ecclesie pertincent, quæque
 durare debeat etiam tempore Episcoporum succe-
 dentium, vt post alios latè tradunt pluribus id decla-
 rantes Felin. in cap. cūm omnes, n. 10. & Panin. de potest.
 Capituli Sede vacante. p. 1. q. 6. per etiam, quos referit, &
 sequitur Monet. d. q. 13. num. 24. nonissimè Ioa. Anton.
 Massobr. de Synodo Diocesana. cap. 4. dub. 47. secundum
 Roman. impress. vbi citat Bott. in simili tr. p. 3. ampl. 7.
 n. 124.

Consensu.] Aduerte consensum non solum ante, & 6
 in ipso actu, sed etiam post illum præstari posse, vt
 per Tiraquel. de iure mariti. gloss. 6. num. 1. & 2. vbi
 num. 3. limitat quando consensus requiritur pro so-
 lelemnitate, aut forma actu, tunc enim post illum
 interuenire non potest, sed debet in ipso actu ad-
 hiberi.

Vel nouas etiam inducatis.] Notatur ad hoc quod in 7
 rebus nouis constitutendis, evidens esse debet vilitas,
 vt recedatur ab eo iure, quod dū aequum visum est,
 vt per Tiraq. de retratū l. g. 9. gloss. 2. n. 53.

S V M M A

S V M M A R I V M.

1. *Consuetudo non valet per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.*
2. *Consuetudo prabens delinquendi anam, etiam si immemorabilis non valet.*
3. *Lex, qua delinquendi occasionem prabet, non valet.*
4. *Prodigus est, qui dat danda, & non danda.*
5. *Anarus est qui tenet tenenda, & non tenenda.*
6. *Pauperi ex sua culpa, & virtus non est suocurrentum.*
7. *Bona mulieris propter delictum marii non sunt disperabenda.*
8. *Vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt.*

C A P. Ex parte. X.

1. *Consuetudo non valet ut vir qui dissipavit bona sua, possit expendere bona vxoris, nec ut vxor aduta si dimittatur habeat partem bonorum viri.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania. Hofst. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Mantua. Guid. Pap. Compostel. Viuian. in rationibus primi libri iur. Pontif. pag. 85. Alagon. in compend. Iuris Canon. pag. 32. remissione Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1.
2. *Collige ex text. non valere consuetudinem præbentem delinquendi anam, etiam si immemorialis, ut per Bero. cons. 6. 2. num. 8 lib. 2. Ruin. cons. 1. f. 4. n. 11. lib. 4. 3. quemadmodum non valet lex, qua delinquendi occasionem prabet, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præf. 49. num. 25.*
4. *In glof. Prodigalitas, ibi, prodigus est qui dat danda, & non danda. Vide D. Thom. 2. 2. q. 119. a. princ. Martin. de Carvalho concium meum in tract. Epopeo de principes, part. 2. lib. 1. discurs. 6. prope fin.*
5. *In ead. glof. ibi, anarus, qui tenet tenenda, &c. Vide Thomam Hibern. in floribus Doctorum, verb. anarus, in princ. S. Aug. ferm. 2. 8 de diuersis, ita inquit, non solum anarus est qui rapit alena, sed & ille anarus est, qui cupide seruat sua, refert Gisber. Scheunic. de Ecclesiast. corum vita, & moribus, lib. 2. c. 28. in fine. Et quod ataritia sit radix omnium malorum, cuius suspicio ab Ecclesiasticis tollenda est, quia reddit eos odiosos, & detestabiles, refert. Fufc. de iuris lib. 1. c. 42. n. 2.*
6. *In ead. glof. ibi, incidit in egestatem. Notatum ad hoc quod non est succurrentum illi, qui sua culpa, & virtus incidit in paupertatem, ut per Tiraq. in l. si vnguam, etrbo, bona, num. 5. C. de renoc. donat. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 15. n. 11. Cou. lib. 2. var. cap. 16. n. 6. in princ. D. Barbosa in l. maritum, n. 73. ff. soluto maritum.*
7. *In glof. Alienar. ibi, nec etiam propter delictum mariti bona mulieris sunt disperabenda. Vide Palat. in repet. rubr. §. 66. à mun. 19. Gom. ad l. 78. Tauri. Clar. §. fin quæst. 78. num. 15.*
8. *In glof. Incuria, ibi, quia vigilantibus, & non negligenteribus iura subueniunt. Vide Surd. cons. 4. n. 11. Bobadil. in sua politica. lib. 3. c. 4. num. 54. & 83. Vital. de Campanis tract. clausul pag. mibi 36 num. 12. Ioseph. Sesse Aragonæ decif. 207. n. 19. & 44. Cardoso in prax. iudicium, verbo, ius, num. 12. Cas. Argel. de contradic. legi. i. mo. quæst. 1. num. 109.*

S V M M A R I V M.

1. *Consuetudo non derogat iuri naturali, seu divino cuius transgressio peccatum inducit, nec positivo, nisi sit rationabilis, & prescripta.*

Tom. I.

2. *Peccatum auget quod Deum diuturnitas temporis.*
3. *Consuetudo non valet, qua est contra ius naturale.*
4. *Papa potest dispensare in iure naturali & divino, non abrogando in tortu, vel ex parte, sed declarando eius obligationem per veram dispensationem in causa aliquo speciali locum non habere.*
5. *Consuetudo immemorialis dicitur illa, qua est tanto tempore, cuius initij memoria non sit in contrarium.*
6. *Consuetudo immemorialis est quasi alterum ius naturalis, quod immutari non potest, & tribuit iurisdictionem.*
7. *Consuetudine sublata simpliciter, vel aliquo signo universaliter, nunquam censetur sublata immemorialis.*
8. *Consuetudine a lege derogata, etiam immemorialis derogata censetur.*
9. *Consuetudo immemorialis qualiter articulatur, & probatur, remissio.*
10. *Consuetudo ex vi & efficacia sua potest legem abrogare.*
11. *Consuetudo ad hoc, ut valeat debet esse rationabilis.*
12. *Rationabilis consuetudo, qua dicatur, ostenditur.*
13. *Consuetudo, ut legitima dicatur prescripta, debet esse de iure Civili, & in temporalibus per spatium decem annorum, de iure vero Canonico, ac contra Ecclesiasticam per spatium quadraginta.*
14. *Consuetudo præter ius etiam de iure Canonico spatio decem annorum prescribitur.*
15. *Testes ad probandam consuetudinem debent esse certi, & non singulares, & non interrogari reddere rationem dicti sui.*
16. *Consuetudo, ut ceneretur actum frequentia introducta requirit ad minimum duos actus.*
17. *Testes examinati debent deponere de visu actuum, ex quibus dicunt suisse inducitam consuetudinem.*
18. *Actus, quibus inducitur, ostenditur.*
19. *Consensus saltem tacitus totius populi, aut maioris partis requiritur ad inducendam consuetudinem.*
20. *Familia una potest consuetudinem inducere.*
21. *Consuetudo & prescriptio in quo differant, ostenditur.*

C A P. Cum tanto. XI. & vlt.

Gregor. IX.

1. *Consuetudo nulla valet contra ius naturale, nec etiam contra ius positivum, nisi sit rationalis & legitimè prescripta. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Barbat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hofst. Anch. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Henric. Boich. Mantua. Guid. Pap. Compostel. Didae. Sahag. Viuian. in rationibus primi libri iur. Pontif. pag. 86. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 34. remissione Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. & super hunc text. repetitiones ediderunt Rochus, & nonissime Hieron. Fernandez de Otterio. Selectarum interpret. lib. unico.*

Quanto diutius, &c.] Notatum ad hoc quod diuturnitas temporis auget peccatum quoad Deum, & in foro animæ, respectu autem poena civilis, aut criminalis, imponenda quando delictum est antiquum, scilicet commissum iam supra decem annos, eo casu non debet quis puniri poena ordinaria, sed mitiori, per text. in L. diutino, ff. de poenis, cum aliis citatis per Cened. ad Decretal. collect. 1. 6. n. 4. intellige tamen, ut que iam diu commissa sunt, lenius puniri debeant, cum sunt momentanea, ut homicidium, &c. & que semel sunt perpetrata. Si vero sint successiva, ut matrimonium prohibitum, heres, aut alia id genus, eo grauius coeterendum est, quo diuinus permaneserit, ex traditis per Tiraq. de fœnis temper. canja 29. num. 3.

G 2 Naturals

Naturali iuri, &c.] Notatur ad hoc quod non valet consuetudo, quae est contra ius naturale, ut per Mich. Graff. tom. 1. commun. op. in lib. 1. tit. 17 num. 3. 8 pag. 242. Duen. reg. 137. Fortun. Garc. in l. veluti, num. 25 ff. de iusti. & iure, Ioseph. Gonzal. lib. unio. var. cap. 8. Petr. Rebuff. in repel. l. quod iusti. or. 1. n. 38 ff. de iudic. Martin. Monter. deci. 17. num. 40. Azor. iusti moral. part. 1. lib. 5. cap. 17. quast. 2. & 3. Sayr. in clavi Regia, lib. 3. cap. 11. num. 4.

Posse aliquatenus derogari.] Noratur ad hoc quod Summus Pontif x dispensare potest in iure naturali & divino, non abrogando in totum, vel ex parte id ius in quo dispensa, sed declarando eius obligacionem per veram dispensationem in casu aliquo speciali locum non habere, hunc vel illum a iuri divini rigore eximendo ex causa virginti. Cou. lib. 1. var. 6. 17. num. 8. vers. Henricus tandem, Sanch. de Marim. lib. 8. disp. 6. num. 5. Azor. iusti. moral. p. 1. lib. 1. c. 8. q. 1. vbi etiam iuncto lib. 1. cap. 2. per rationem adiucit communem nostrorum sententiam, qui contra Theologos asserunt posse Papam ius diuinum declarare, interpretari, restringere, remittere, amplificare, angere, & mutare.

Logicae Consuetudinis, &c.] Consuetudo immemorialis dicitur illa, quae est tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, quod tempus est centum annorum. Duen. reg. 90. vers. fallit. Gabr. commun. opin. lib. 5. concl. 1. num. 7. Carrasc. *Super aliquas leges*

6 *recop. cap. 8. num. 34.* Et consuetudo immemorialis est quasi alterum ius naturale, quod immutari non potest, Molin. de primog. lib. 2. cap. 2. num. 2. Et habet viii tituli, & priuilegij, ex text. in l. hoc iure, §. de eius aqua, ff. de aqua quotid. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 3. 3. num. 4. Cenall. commun. contra communares, tom. 4. quast. 897. num. 223. & num. 478. Borrel. in *summa omnium decisi.* tit. 14. num. 49. Et tribuit iurisdictionem, Cetral. d.

7 quast. 897. num. 33. Borrell. d. tit. 14. n. 50. Et consuetudine sublata simpliciter, vel etiam signo vniuersali, omni, seu quacunque consuetudine non obstante, nunquam censemur sublata immemorialis, nisi de ea fiat expressa mentio in lege, vel consuetudine, vel damnetur ac reprobetur a lege, ut iniqua, & irrationabilis, ita post Angel. Bald. Felin. & alios tradunt Tiraquel. de retract. lib. 1. gloss. n. 2. Hojed. de incompatibil. benef. p. 1. c. 17. n. 9. Moneta de distribut. quotid. p. 2. quast. 1. num. 2. Con. lib. 1. *Pariar. cap. 1. num. 5.* Decfan. resp. 44. num. 19. vol. 1. Mascar. de probat. conclus. 137. & num. 45. Gutier. practic. lib. 3. quast. 17. num. fin. Flores de Mena variar. lib. 2. quast. 10. num. 44. Fr. Emma. quast. regul. tom. 1. quast. 9. art. 5. ad fin. Cenall. d. 9. 897. num. 248. Quarant. in *summa Bellarij.* verbo, alienatio, num. 50. vers. limita primo, Valasc. con. nte. 141. num. 13.

2 Gonzal. d. gloss. 3. num. 3. Sanch. de Marim. lib. 7. disp. 4. num. 12. Narbona de appel. at. a Vicario ad Episcopum part. 2. fundam. 3. num. 9. Rot. in Buren. sigilli 18. Iamn. 8. nro 1591. coram Penia. Quamvis derogata lege vel consuetudine, etiam intelligendam & extendendam esse derogationem ad immemorialem, teneant Duen. Greg. Lopez & alij, quos refert, & sequitur Carrasc.

9 d. cap. 8. num. 35. Qualiter articuletur & probetur consuetudo immemorialis, vide Gabr. d. conclus. 1. Bald. de prescript. 2. part. 1. paris, quast. 6. a. num. 1. 2. cum sequent. Couar. in reg. possess. r. part. 2. §. 3. num. 6. & 7. Molina de primog. lib. 2. cap. 6. per totum. Rot. in Cracoviens. iuris legendi 21. Maii 1627. coram R. D. meo Coccino Decano. Pro harum opinionum concordia distinguendum est ut prima procedat quando consuetudo non est irrationabilis, secunda vero quando consuetudo est iniqua, & irrationabilis, & vti talis a lege, vel a constitutione reprobatur, & hanc distinctionem

nem tradunt. Couar. d. num. 5. vers. adnotandum tamen erit, Gonzal. d. gloss. 3. 3. num. 9. & placuit Rot. in d. Cracoviens. iuris legendi coram R. Decano, vers. quod autem in casu isto. Imo quando consuetudo immemorialis est iniqua, & rationabilis, ut censemur sublata, sufficit, si derogetur simpliciter consuetudini ablique dictione aliqua vniuersali, Rot. in d. Cracoviens. iuris legendi, refert Ferentil. in annot. ad decisi. 43. 5. Buratti, litera B.

Ut vel iuri positivo, &c.] Notatur ad hoc quod consuetudo ex vi & efficacia sua potest legem abrogare, ut per Gregor. lib. 1. tit. 2. part. 1. Rebuff. tom. 1. ad leges Gall. & in praefat. de consuetud. quast. 5. num. 59. Spin. speculo testam. p. 1. rubr. num. 7. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, contra dictum fecisti. num. 24. Soat. de legibus, lib. 7. cap. 18. Azor. iusti moral. p. 1. lib. 5. cap. 1. Sayr. in clavi Regia, lib. 3. cap. 11. num. 2. Card. Tusch. tom. 1. lit. C. conclus. 8. 6. & conclus. 8. 14. Ex quorum resolutionibus constat consuetudinem, si rationabilis & præscripta fuerit, prædicare iuri humano, & habere vim abrogandi legem iustum Ciuilem, vel Canonicam contrariant, qua ante consuetudinem obligabat, idem probat l. quibus 3 i. in fin. ff. de legib. & habetur passim alibi. Obstat tamen quod consuetudo inducitur per actus populi contrarios legi obliganti, iuxta text. & communem in dicta l. de quib. gloss. vlt. & omnes in præsenti, & subditi sic agentes contra legem iustum peccant, iuxta sententiam D. Pauli ad Rom. 13. cap. violatores 2. quast. 1. ac subinde in iusta, & peccatorum narrativa videtur lex, qua huinsmodi peccatis præstat auctoritatem inducendi consuetudinem, & abrogandi legem ante obligantem, à qua dum subditi delinquentes per conlitudinem eximuntur ex legis auctoritate per delictum, & eius continuationem acquirunt premium scilicet abrogationem, & exemptionem a vinculo legis obligantis, quod omnino absurdum videtur ex his, que circa legem admittentem præscriptionem cum mala fide, probat text. cap. vlt. de præscript.

Cui difficultati non satisfaciunt Caiet. 2. 2. quast. 87. art. 3. & post Dried. libert. Christiana, pag. 128. Sarm. de reda. 4. p. c. 1. num. 12. col. 2. resoluentes consuetudinem posse incipere, & introduci per actus illicitos, & ita cum peccato illorum, qui violant legem iustum; neque etiam Angel. in d. l. e quibus, vbi lac. num. 49. post alios Aym. de antr. 4. p. cap. transfo. num. 16. constituentes in consuetudine non requiri bonam fidem, quæ in præscriptione necessaria est; neque denique difficultate tollunt. Host. in cap. 1. de treuga & pace. Ioan. Andr. & alij b. Card. & Imol. num. 5. in Clem. vlt. de etate. Bart. opus. 6. in l. 1. C. que si long. cor. Sot. lib. 1. de iustitia, quast. 7. art. 2. in fine, quorum resolutiones neque difficultate carent, neque fatis iure probabantur.

Sed retenta opinione Caietani, & aliorum dici potest eos, qui consuetudinem contra legem incipiunt, peccare quidem, quia licet text. hic & similes requirant quod confundendo ut iuri prædicet rationabilis sit, nihilominus non exigit rationem talen, quæ omnino tollat culpam violatae legis, quam incurunt facientes contra iustum legem, sed requirunt rationem, quæ culpam extenuet, vel aliquo modo consuetudinem cohonester, ut sic cum rationis colore incipiat & præscribatur, ac subinde ratio sufficiat ad consuetudinem inducendam, licet non sit sufficiens ad tollendam legem absque consuetudine, propter in simili iusta causa ad concedendam dispensationem dicitur illa, quæ non sufficit ad tollendam legem contra quam dispensatio conceditur. Neque obstat superius

argu

argumentum ex d.c. vli. de præscriptionibus, quia reicitis alii responsonibus, quæ colliguntur ex Hoft. & supra citatis, responderi potest longam esse differentiam inter legem, quæ præscriptioni cum mala fide, & eam quæ consuetudini cum peccato incipienti auctoritatem præstat, etenim præscriptio, iuxta l. 2. ff. de usucap. principaliter dicitur acquistio, & per ilam ex auctoritate legis direcè & principaliter tribuitur præmium & commodum præscribenti, qui si malam fidem habeat cum peccato; necessario ex proprio peccato acquirit: in consuetudine vero non ita contingit, quia consuetudo non est acquistio, neque ad acquirendum instituta, sed est ius quoddam, seu lex, & ad ius inter subditos constituendum intenta, e consuetudo i. disp. 8. ex non scripto, Inst. de iure natur. ac subinde sicut lex, quæ in bonum commune proferatur, vera est lex, & viuus legis habet, licet malo zelo cum peccato, & dolo statuentum indicatur & promulgetur, vt innuit l. 1. in fin. ff. de dolim ali except. sic consuetudo quamvis cum peccato subditorum incipiat, si reliqua omnia necessaria concurrant, vera est consuetudo, nec dici potest quod per eam inuitantur subditi ad delinquendum, quibus commodum non acquiritur, nec præmium tribuitur, sed ius constituitur, quod ipsi feruare tenentur, & dum abrogatur lex antea obligans, quæ per consuetudinem præscriptam ostenditur, non satis accommodata & vtilis Reip. lex huiusmodi consuetudini auctoritatem deferens magis dicitur vti peccatis voluntatis subditorum in Reip. bonum, quam eisdem concedere lucrum, vel præmium, quod nihil commune habet cum consuetudine.

Quod si contendas ex huiusmodi consuetudine aliquod emolumenum resultare peccantibus, qui contra legem fecerunt, dum ab eiusdem vinculo eximuntur per consuetudinem, qua lex illa abrogatur; responditur emolumenum hoc si quidem est secundarium & per accidens præter intentionem iuris, nec attendi, nec considerari à lege, quæ per consuetudinem ius statuit obseruandum a subditis, qui consuetudini sicut legi subiiciuntur: in præscriptione vero principali contineat lucrum, & acquistio in quo est substantia præscriptionis, d. 1. & per consequens in præscriptione inuitantur subditi præmio ad delinquendum, in consuetudine vero non ita. Accedit quod lucrum secundarium, scilicet exemptione a lege antea obligante, per consuetudinem non defertur delinquentibus, qui illam cum peccato induxerunt, sed toti communitati, vel populo, qui non peccauit, in quo erunt multi, qui nunquam legem violarunt, sed exactissime obseruarunt, alij infantes, & ignari illius legis, quibus omnibus per consuetudinem ius statuit, & licet illic sint etiam aliqui ex his, qui contra legem primò facientes deliquerunt, id tamen est per accidens, & non attenditur, quod secus est in lege, quæ præscriptionem cum mala fide admittit, quia per talen præscriptionem direcè & principaliter ipsi sicut peccatoribus lucrum tribuitur, quoad delinquendum inuitantur, iuxta resoluta in d.c.vli. & ita ex his colligitur vna notabilis differentia inter præscriptionem, & consuetudinem, addenda alii de quibus per gloss. vli. in præsenti, vbi notani.

¹¹ Rationabilis.] Notatur ad hoc quod consuetudo ad hoc ut valeat debet esse rationabilis, Mazol. cons. 1. 18. num. 52. Cardin. Tusch. litera C. conclus. 795. num. 14. Consuetudo tunc dicitur rationabilis, & ratione congruens, quando de ea re, de qua est consuetudo, iusta est lex denuo edita priori mutata, si qua esset, vel minimè mutata si nulla existebat ex Syl-

vest. in summo, verbo, consuetudo, quæst. 1. Sot. de inst. lib. 1. quæst. 7. art. 2. vers. quam vero loquitur. Item quæ continet bonum, honestum, & honorabile. Curr. hic sct. 2. num. 29. Moneta de distribut. quotid. part. 2. quæst. 12. nn. 8. vbi etiam dicit quod similiter ea rationabilis est. consuetudo, quæ haberet illas tres comites ut religione conueniat, congruat disciplina, & saluti propiciat, vt loquitur text. in cap. consuetudo, dist. 1. Item & illa, quam Ecclesia approbat, vel saltē quæ peccatum nec continet, nec nutrit, Rebell. de obligat. inst. part. 1. lib. 1. quæst. 1. num. 4. vbi etiam afferit quod per contrarium irrationalis dicitur consuetudo, quæ peccatum nutrit, vt si in honesta, & turpis sit, vel sit scandalosa, vel cum aliquem indebet gratia, vel si bono commun. aut libertati Ecclesiastice aduersetur. Denum arbitrio iudicis relinquitur quando dicatur irrationalis consuetudo, Curt. hic sct. 2. num. 20. Mich. Graff. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. num. 375 pag. 248. Cardin. Tusch. lit. C. conclus. 804. Menoch. de arbitr. casu 8. num. 2. & 3. Spin. in speculo testament. part. 14. rnb. numero 18. Sayt. in clavis regia, lib. 3. cap. 1. numero 6. vers. sicut. Cœuall. communium contra communis, quæst. 359. Moneta de distribut. quotid. part. 2. quæst. 12. num. 8. vbi dicit iudicem informando animam suum ponderare debere vtrum finis consuetudinis sit bonus, & an ea sit aliqua iusta ratione inducta, & vtrum ius approbet similem consuetudinem, vel reprobet.

Et legitimè sit præscripta.] Consuetudo, ut legitimè dicatur præscripta, requiritur de iure Civili, & in temporalibus decem annorum curriculum de iure Canonico, & contra Ecclesiam quadraginta annorum spatium, Vafq. 1. 2. quæst. 97. art. 3. disp. 177. c. 5. Valent. tom. 2. disp. 7. quæst. 7. puncto 8. Duen. reg. 140. Menoch. de arbitr. casu 8. num. 7. & 8. Mafcard. de probat. concl. 424. num. 24. & num. 29. & num. 32. Suar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu cap. 13. & de leib. lib. 7. cap. 5. & cap. 18. num. 11. Rebuss. ad leges Gallia in proem. gloss. 1. 5. num. 13. & 14. Azot. inst. moral. part. 1. lib. 1. cap. 17. quæst. 6. Rebel. de obligat. inst. part. 1. lib. 1. quæst. 5. num. 2. Moneta de distribut. quotid. part. 2. quæst. 12. a num. 2. Cardinal. Tusch. lit. C. conclus. 795. n. 10. Sayt. in Clavis Regia, lib. 3. cap. 11. n. 11. Cardin. Tusch. tom. 3. conclus. 796. Bernard. Graue. ad practicam Camera Imper. lib. 2. conc. 31. a. n. 27. Camill. Borrel. in summa omnium decis. tit. 14. n. 24. Si tamen sit consuetudo præter ius etiam de iure Canonico solum decem annorum spatium requirit, Sayr. dict. loco. Cœuall. communium contra communis. quæst. 357. num. 10. Curt. hic sct. 3. num. 28. Soar. in thesauro recept. tentor. lit. C. 7. 275. Menoch. d.c. 12. n. 9. vbi n. 10. limitat id non procedere vbi talis consuetudo præter ius tendit ad derogandum iuri alterius Ecclesie, tunc enim debent esse quadraginta. Et circa predictum tempus testes debent esse confiteentes, & non singulares, ac etiam non interrogati reddere rationem dicti sui, Menoch. cons. 187. num. 57. Valasc. consult. 162. num. 14. De auditu vero testificantes nihil probant, Mafcard. conclus. 424. num. 55.

Requirit etiam consuetudo duos actus ad minima ut censeatur actum frequentia introducenda, ut per Mich. Graff. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. num. 370. & num. 374. Menoch. cons. 906. num. 47. & 48. & de arbitr. casu 8. 1. n. 2. Mafcard. de probat. conclus. 424. num. 14. c. m. seq. Surd. de alimento. tit. 14. quæst. 16. num. 26. Molina d.c. 6. num. 24. Garcia de expensis. 6. 9. numero 44. Vafq. 1. 2. quæst. 97. art. 3. disp. 177. & 5. Suar. de legibus lib. 7. n. 11. numero 2. Card. Tusch. lit. C. conclus. 795. numero 107. Bernard. Graue. d. conclus. 31. num. 55.

G 3 a mma.

78 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

a num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 36. num. 85. Camill. Borell. d. tit. 14. n. 19. cum seq. Ceuall. corporum
 nium contra commun. q. 357. n. 1. Flores var. lib. 1. quæst. 1.
 num. 64. Verum Moneta d. quæst. 12. n. 17. & in tract.
 de optione canonica, cap. 2. quæst. 2. a. n. 35. post Curt. hic
 sect. 4. num. 37. Menoch. d. cau. 81. n. 4. & Rota de. 72.
 num. 26. part. 2. in nouis diuers. tenet indicis arbitrio re-
 linqui quot actus in specie requirantur ad consuetu-
 dinem inducendam, ad quem spectabit considerare
 qualitates actuum & personarum, que illos actus fa-
 ciunt, ita ut non sufficiat vniuers. quamvis sit notorius
 toti populo, seu Collegio, nisi esset successivus, &
 haberet continuationem per tempus, intra quod in-
 ducitur talis consuetudo, text. sing. in cap. cum de
 beneficio, de prælend. in 6. Abb. hic n. 17. Curt. sect. 4.
 17 num. 43. Et testes examinati debent deponere de viu
 actuum, ex quibus dicunt fuisse inducendam consuetu-
 dinem, Valaf. consult. 162. num. 10. Et debent esse
 contestes & non singulares circa actus, Menoch.
 conf. 157. num. 57. Roland. conf. 13. lib. 4. Alex. conf. 196.
 num. 14. lib. 1. Card. Tusch. lit. C. concl. 795. n. 47. Valaf.
 consult. 162. n. 11. & 14. Et deponere quod illi actus
 fuerint facti eodem modo & intentione consuetudi-
 nem inducendi, Menoch. d. num. 47. Valaf. num. 13.
 dicti loci. Card. Tusch. d. concl. 795. n. 105. Sayr. in
 clavi Regia, lib. 3. c. 11. n. 8. vers. secundo requiritur, & n. 9.
 optimè Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 23,
 n. 1. Et debent etiam non interrogari reddere rationem
 dicti sui, Menoch. d. n. 57. Mascal. concl. 424. n. 66. Ioseph.
 Ludor. Perus. decif. 62. n. 36. Valaf. n. 15. d. loci,
 Dec. conf. 214. n. 3. col. 3. Crauet. conf. 234. n. 6. Alex. conf.
 45. in princ. lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 795. n. 56.

Testes igitur ad probandam consuetudinem de tri-
 bus copulatis deponere debent, nempe de viu actus,
 cuius consuetudo allegatur, de eiusdem actus frequen-
 tia, ac de temporis diuturnitate, ex quibus elicetur
 tacitus consentus totius, vel maioris partis populi,
 qui est causa mediata consuetudinis, ut traducat Are-
 tin. in § ex non scripto, sub n. 20. vers. quarto an refit. Insti-
 de iure nat. Alex. conf. 121. n. 9. lib. 1. Dec. conf. 481. n. 25.
 27. & 29. Curt. Iun. conf. 184. num. 10. Mascal. de probat.
 concl. 424. n. 2. & per tot. Caualer. decif. 125. n. 8. latè Ma-
 rescot. var. resol. 1. 2. c. 100. n. 1. Rot. dec. 497. n. 2. p. 2. recent.
 Ferentil. in annot. ad decif. 497. Buratt. lit. B.

19 Pro substantia etiam requiritur consensus saltem
 tacitus totius populi, aut maioris partis, Curt. hic sect. 4.
 n. 48. Mich. Graff. d. tit. 17. n. 302. Valaf. conf. 162. n. 26.
 Bernard. Graff. d. concl. 31. n. num. 2. Card. Tusch. lit. G.
 concl. 795. num. 26. & 31. cum seqq. Ceuall. q. 357. num. 7.
 Mascal. concl. 423. num. 3. Rebel. de obligat. insti. p. 1. l. 1.
 q. 5. n. 17. Moneta d. q. 12. num. 17. me citato in hoc loco,
 Ferentil. in annot. ad decif. 1. Buratt. num. 13. lit. B. Rot.
 decif. 255. num. 4. part. 1. & decif. 18. part. 2. recent. aut
 vniuers. familie, à qua posse consuetudinem inducere te-
 nuerunt Menoch. remed. 5. res in. num. 62. cum seq. &
 conf. 2. num. 282. & conf. 104. n. 22. Valaf. conf. 132. n. 16.
 Cott. in memorabil. verbo, progenies, pag. 713.

21 In gloss. Legitimes, ibi, sed quam differentiam facis in
 ter consuetudinem, & præscriptionem. Plures sunt dif-
 ferentia inter consuetudinem, & præscriptionem. Pri-
 ma est, quia præscriptio consilit in rebus immobili-
 bus tam corporalibus, quam incorporalibus: at verò
 consuetudo solum locum habet in incorporalibus,
 veluti seruitibus, iurisdictionibus, electionibus,
 & aliis huiusmodi. Secunda, quia præscriptione ac-
 quiritur ius priuata personæ: at verò in consuetudine
 acquiritur ius in communi omnibus, & contra omnes
 de populo. Tertia, quia præscriptio dat ius contra ius
 quod alter habet, consuetudo verò dat ius contra le-
 gem, vel prater, aut secundum legem. Quarta, quia

præscriptio requirit titulum & bonam fidem, confu-
 tudo non ita, sed sufficit certus cuiusdam temporis la-
 psum, & idem non propriè præscripta, sed quasi præscri-
 pta vocatur. Quinta, quia præscriptionis finis est ut
 præscribentem locupletiorem reddat, cum inuenta
 fuerit ad distinguenda singulorum dominia, & dominij
 acquisitionis dicatur: at verò consuetudinis finis est le-
 gem consiliare cum inducta fuerit ut subire vicem
 legis. Sexta, quia præscriptio licet ad bonum cōmūne
 dirigatur, nemini tamen fons, nisi qui per se, vel
 per alium legitimo tempore usus est, consuetudo vero
 neminem excipit, & non minus videntes, quām qui
 minquam sunt vni, defendit. Ultima, quia præscriptio
 nullam publicæ utilitatis, nullamque boni publici
 causam exigit: consuetudo tamen sine hac utilitate,
 & sine huius boni publici ratione consistere non pos-
 test. Quas omnes differentia rationes colliguntur ex
 solutis per Balb. de præscript. p. 1. princ. quæst. 10. n. 34. Garc.
 de expens. c. 9. num. 43. Con. var. lib. 1. c. 17. num. 8. vers.
 de imo, Melina de primog. lib. 2. cap. 6. num. 10. & 11.
 Azor. insti. moral. p. 1. lib. 5. cap. 18. q. 16. Petr. Alphonse
 de Valconcellos in harmonia rubricarum iuris Canon.
 sub. rubr. huius tit. num. 9. cum seqq. Card. Tusch. lit. C.
 concl. 801.

De postulatione Prælatorum.

T I T. V.

 V P F R hanc rubr. scripserunt Zabar. Bel-
 lam. Ioh. Andr. Barbat. Bald. Imol. Anan.
 Panorm. Dec. Butt. Guillerm. Durand. in
 breviario aureo iuris Canon. fol. 9. & in spe-
 culo iuris. lib. 4. sub hoc tit. Petr. de Rauenna
 in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome De-
 cret. fol. 4. Stephan. Ranchin. in continuat. tit. Decretal.
 Bernard. Compostel. in breviario iuris Canon. Petr. Al-
 phonse de Valconcellos in harmonia rubricarum. Daniel. Ve-
 nator. in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 34.
 Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Caffan. &
 Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Lancell.
 in insti. Canon. Bart. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon.
 sub eod. nouissime Ioh. Honor. lib. 1. sum. in Decretal.
 Canis. in summa iuris Canon. Cafarel. in Erotem. eius-
 dem iur. & Andr. Vallenfis in suis comment. sub Dec-
 retal.

De materia huius tit. vide Summistas verbo, Postu-
 latio Rebus. in concord. tit. de Regia ad Prælat. nominationes.
 §. 1. verbo, Postulatione, Mandat. in tract. de electione
 nouorum Prælatorum, p. 1. c. 53. cum seq. cum addit. Bœri,
 & Matib. Bors. Corral. de benef. p. 4. c. 2. Duaren. eod.
 tract. l. 5. c. 1. Azor. insti. mor. part. 2. l. 6. c. 17. Zechi. de
 beneficiis, & penitent. c. 6. Cuch. in insti. maior. l. 4. tit. 2.
 Valer. Reginald. in praxi fori pauper. lib. 30. tract. 3.
 n. 201. cum seq. remissiue Nicol. Garc. de beneficiis, p. 4. c. 1.
 n. 13. latè Filuc. tom. 3. tract. 41. c. 3. n. 2. Luc. Caffellin.
 in tract. de elect. c. 2. de postulat. in communia. Iul. Lauor.
 vari. lucub. tom. 1. tit. 4. c. 14.

S V M M A R I V M.

1. Interdictum violans impostulabilis est.
2. Electio, vel postulatio facta in loco interdicto est valida.
3. Excommunicatus non potest postulari.

4. Ignorari